





1-11-1944





LIBER AT PATER STEPHANVS  
Fagundes è Societate IESV Lusitanus opinionem suam, &  
totius Regni Lusitania de esu ouorum, & lacticiniorum in  
ieiunijs Quadragesima ab omni censura, & res-  
pondet omnibus imputationibus  
illius.



**E**DIDI in lucem toimum quendam. cuius titulus est, *Treatatus in*  
*quinque precepta sancta matris Ecclesia:* & in lib. 1. quarti præ-  
cepti de Ieiunio, cap. 2. nu. 6. & præcipue à nu. 10. vsque ad 15.  
fol. 747. eiusdem tomi asserui, mihi videri, loquendo ex vi iuris  
communis, & seclusa omni consuetudine alicuius Regni, aut  
Prouinciæ esse solùm culpam venialem, oua edere, & lacticia  
in ieiunijs Quadragesimæ, & locutus fui ex vi iuris communis  
quamuis mihi velint aliqui imputare me fuisse locutum ab,

70

solute, comprehendendo, videlicet, tam ius, quàm consuetudinem Regnorum, & Pro-  
uinciarum, quod non ita planè est.

Nam loquendo de consuetudine, numer. 14 eiusdem capituli secundi hæc dixi. *In*  
*ijs locis in quibus consuetudo est hæc non edere. ad mortale obligabit. Cerrum est enim mortale*  
*peccatum esse non abstinere ab ouis, & lacticinijs, quando ea soluri per consuetudinè sunt*  
*prohibita, nisi legitima causa excuset.* Et in numero 11. expressè assero nullam esse pecca-  
tum, nec veniale quidem, hæc edere, vbi consuetudo illorum vsus, & esum licitum fe-  
cit, ibi; *Vbi tamen consuetudo est legitima comedendi illa, comedi possunt, absque ulla culpa*  
*mortali, vel veniali, & absque fractione ie unij, & manifesta ratio id conuincit, cum enim hæc*  
*prohibitio sit tantum iuris positivi, potest contra illam prævalere consuetudo, sicut è contrario*  
*vbi consuetudo est, non vescendi illa, vesci non poterunt.* Hæc ibi.

2. Qui autem cum de consuetudine agit, tam clarè, & distinctè loquitur;  
clarum est, cum sermonem instituit de iure, & ad hoc explicat textus iuris Canonici,  
ex quibus obligatio iuris deducitur, loqui ex vi præcisa iuris, non absolute, compre-  
hendendo ius, & consuetudinem.

Et est regula certissima expurgatorij Romani in instructione ad eos, qui libros  
sunt expurgaturi in titulo de Correct. librorum, §. 4. quod quando author aliquis in  
vno loco loquitur clarè, & in altero obscure, reducendum esse locum obscurum ad  
clarum, non clarum ad obscurum, sed nec hoc necessarium est nobis, tam clarè enim  
loquimur, vt his subsidijs non indigeamus, si tamen aduersarijs visum fuerit me in ali-  
quo loco mei tomi non tam clarè fuisse locutum, debent iuxta hanc regulam Pontifi-  
cium, eum locum ad claritatem, & perspicuitatem horum locorum reddere.

3. Et hæc mea doctrina de esu ouorum, & lacticiniorum tradita, nullibi  
(quod sciam) reprehensa est, imò magnis laudibus euehitur. Soli nonnulli (pauci qui-  
dem) extra Lusitaniam, nomine scandali, temeritatis, malè sonantiæ, ac coherentiæ in  
eam excanduerunt. Et quia hæc notæ sunt graues, & toti Regno Lusitaniæ, in quo hæc  
opinio inualuit, iniuruntur, pro mea, & Lusitanorum opinione, & autoritate, Lusita-  
nus cum sm, infurgo. Et ostendam à Doctoribus Salmanticensibus, & Complutensi-  
bus. in hoc Regno Lusitaniæ fuisse primò traditam, & edoctam, vt sciant Domini Do-  
ctores aduersarij illorum damnare, cum doctrinam Lusitanorum damnant.

CAPVT PRIMVM.

*Tollo priuam notam, & censuram temeritatis, quam aduersarij doctrina Lusitanorum inuunt.*

**V**T aliqua doctrina temeraria iudicetur, & tanquam talis damnetur, debet esse contra communem sensum, & consensum Doctorum, debet carere solidis fundamentis, & probabilibus rationibus: hoc suppono ex Theologia, & est certa regula Theologorum, & nemo negat.

Hæc mea, & Lusitanorum opinio habet solidissima fundamenta; habet probabilissimas rationes; habet auctoritatem Doctorum, ac Magistrorum, omnium facultatum vtriusque Academiæ Regni Lusitaniæ, Regiæ Coniunbricensis, Pontificiæ Ebo-rensium; habet usum, & praxim omnium Parochorum; habet illustrissimos Prælatos; habet Doctores antiquos, & nouiores; habet omnes viros doctos, ac Theologos Regni Lusitaniæ, qui omnes priusquam infra subscripserint, illi operam nauarunt diligentissimam, & multi affirmant, se eam in Academijs huius Regni publicè docuisse, ergo non est temeraria, neque contra communem sensum, ac consensum Doctorum.

5. Et quia nimis longum, ac prolixum esset, omnium approbationes referre, qui videre illas cupit, ad finem huius tractatus, inueniet; & illorum plerique hanc opinionem solidioribus fundamentis stabilitam, veriore, & probabiliorem oppositam, quæ docet, id esse peccatum mortale appellant. Et quia, tam in Regno Castellæ, quam alibi, dubitari poterit, an veræ sint subscriptiones tot Prælatorum, tot virorum Doctorum, tot insignium Cathedralicorum, omnium facultatum huius Regni; curauimus vt in Castellâ typis mandarentur, & vt nostra opera in forma publica notationum apparerent, infra in calce huius Tractatus.

6. Et quamuis nonnulli horum Doctorum sua opera adhuc in lucem non ediderint, & nouiores sint, hoc potius iuuat, iuxta regulas tradi solitas in materia de conscientia; tum quia literis sunt notissim; tum quia consultarem expressius, & accuratius indagarunt; & præcipuè illustrissimus, ac reuerendissimus Dominus D. Fr. Lupus de Sequeira Episcopus Portalegrensis, qui occasione nouarum Constitutionum, quas molitur, ipse per se diligentissimo studio veritatem inquisit, & accuratè per suos Senatores indagare fecit. Itaque ex modernis habemus omnes Doctores Lusitaniæ, paucis exceptis, quos per temporis angustias, & locorum distantiam contulere non potuimus.

CAPVT II.

*Tollitur eadem censura, quæ inuiritur ex defectu  
Aucthorum.*

7. **E**X antiquis Doctoribus hanc opinionem tenuit Paulus de Palatio Doctor Salmanticensis Theologus, Granatensis, natione Hispanus in suis annotationibus quas scripsit super Summam Caietani, Eboræ anno Domini 1557. impressis iussu Serenissimi Henrici Infantis Cardinalis Lusitaniæ, Archiepiscopi Ebo-rensium, postea Regis eiusdem Lusitaniæ, quæ visæ, & approbatæ fuerunt à sapientissimis Doctoribus, & Magistris Fratre Bartholomæo de Martyribus, postea Archiepiscopo, & Domino Bracharensum, & Hispaniarum Primatè meritisimo, & à Patre Fratre Iacobo de Moraes Præsentato Ordinis Prædicatorum, qui tunc temporis in eadem Religione zelo animarum, & literis, & opinione sanctitatis florebat, & cum fuerit ab illis approbata, merito eos pro nostra parte numerare possumus, & tutè asserere hos etiam viros hanc opinionem tenuisse.

8. Et non est iste Palatius, ille alius Palatius, qui scripsit super libros Sententiarum; ille enim alius Michael, iste Paulus vocabatur; & in hoc, lapsi sunt Domi-

ni Doctores aduersarij, quando asseruerunt falso à me Palatium fuisse allegatum, cum Palatius non super Caietanum, sed super libros Sententiarum scripserit. Sed illorum minor notitia circa auctores, non mihi vitio allegationis falsæ vertenda est. Bene verum est, vtrumq; fuisse Hispanum. Sed iste Paulus apud nos vixit, apud nos moratus, apud nos mortuus est, apud nos docuit sacram Theologiam, & sacram literarum interpres fuit in insigni Academia Conimbricensi non penitendus: iacet in Collegio Conimbricensi Sanctæ Mariæ de Gratia Ordinis illustrissimæ familiæ D. Augustini. Dicant modò Domini Doctores aduersarij, me auctoritate Doctorum virorū desistutum, hunc auctorem finxisse, vt meæ opinioni auctoritatem adderem?

9. Hic igitur Paulus de Palatios in prædictis a Notationibus, quas Hispano idiomate super Caietanum scripsit cap. 4. & folio eiusdem libri 238. (quem si opus fuerit ostendam) ad hunc enim finem, illum ex Lusitania mecum attuli: loquens de ieiunio, ita ait: *Quanto al primer capitulo del author* (hoc est Caietani) *doude dize, que donde no ay uso de comer cosas de leche y qur bos, no es licito comerlos los dias de ayuno. ha se de entender que comer estas cosas ser à peccato, pero no mort. il. s. q. an Innocencio.* Hæc ille. Et notandum est primò locutum fuisse hunc auctorem de ieiunio absolute, in quo omne ieiunium comprehendit, tam Quadragesimæ, quàm extra illam. Num qui totum dicit, nihil excludit. A. Notandum est secundo Caietanum in eo primo cap. suæ summæ à Palatio citatum loqui de ieiunio Quadragesimæ, quare explicatio Palatii, non nisi de ieiunio Quadragesimæ potest intelligi, non de alio, vt patet.

Et quanuis Palatius citet pro se Innocentium in R. ibi. de obseruat. ieiunij, & Innocentius ibi. nu. 5. solum de ieiunio extra Quadragesimam sermone n. inserat, loquens verò de ieiunio Quadragesimæ dicat, violari illas præceptum esu ouorum, & lactici-  
 norum. Attamen potuit Palatios illum pro se allegare, vt ego etiam feci, in meo tomo in quinque præcepta Ecclesiæ, quia existimauit ipse (vt ego etiam existimo) eandem abstinentiam culpæ venialis dari in esu ouorum, & lactici-  
 norum Quadragesimæ, & extra illam, quia constat ex cap. *Rogationes* in fine, dist. 3. isdem met cibus vtendum esse in ieiunijs Quadragesimalibus, atque extra Quadragesimam, ibi. *Quo tria duo omnes abstinent, id est, ieiunent. & Quadragesimalibus cibus videntur.* Quis autem negabit ieiunium Rogationum ieiunium esse extra Quadragesimam? & quanuis hodie in nonnullis Prouincijs non viget hoc ieiunium, at viguit olim, vnde si solum erat peccatum veniale, in ijs ieiunijs, extra Quadragesimam, oia edere ex sententia Innocentij, cum ijsdem cibus vtendum sit in ieiunijs Quadragesimæ, atque extra illam, sequitur, vt non nisi veniale sit, illis vt, in Quadragesimæ ieiunijs.

10. Nec respondeant Domini Doctores aduersarij prohibitionem ouorum, & lactici-  
 norum sub mortali non esse de ieiunij essentia in communi, sed esse de ieiunij essentia in Quadragesima. Nam hoc abunde refutabimus infra cap. 3. à num.

27.

11. Hunc igitur auctorem Palatium pro mea opinione, & Lusitanorum in meo tomo in quinque præcepta Ecclesiæ allegauit. Secundus, quem allegauit fuit Glossa in capite *Denique*, dist. 4. super illis verbis textus. *Par autem est, vt quibus diebus* (hoc est ieiunij Quadragesimæ) *à carnibus abstinemus, ab ijs quoque que semetipsum carnem originem trahunt, abstinemus, b. ouis scilicet, & lactici-  
 nis.* Vbi Glossa, explicans illud *Par*, ita ait, *Agnum, & iustum est.* Quæ verba tam textus, quàm Glossæ, vt notant omnes Doctores Lusitani vtriusque Academiæ Regiæ Conimbricensis, & Pontificæ Ebo-  
 rensis, Lusitanij Prælati, & omnes Doctores eius Regni infra inscripti, non inducunt prohibitionem mortalem, inducunt tamen aliquam venialem, quia oia, & lacticia trahunt originem à carnibus, & sunt veluti quædam dependentiæ illarum, & transgressiones dependentiarum, non eodem modo, nec eadē pœna puniuntur in iure, quia puniuntur principale peccatum, quare si principale peccatum puniebatur, in iure pœna peccati mortalis, dependentia debet puniri, nō eadem pœna peccati mortalis, sed alia leuiori venialis peccati.

12. Allegauit etiam in meo tomo in quinque præcepta Glossam in illis verbis: *Hæc est legibus constituta sunt, tamen quæ communi usu approbata non sunt transgressiones reos non committunt.* Et asserui d. cionem illam relatiuam, *Hæc*, ad prohibitionem

B

nem

A  
 Gloss. in capite solice de maior. & obed. in verb. Quod cumque. l. 3. ff. de offic. Præsidis, cap. Si Roman. dist. 19.

nem mortalem carniū referri non posse, quia manifestum erat, peccare mortaliter illos, qui illas comedunt in ieiunijs Quadragesimæ, & transgressores esse præcepti, & mortalis culpæ reos; & ideo referendam esse, ad omnes alias quæstiones, quarum solutionem Augustinus Anglorum Episcopus à Summo Pontifice, & Sede Apostolica postulabat, quas inter, præcipua erat hæc, de ouorum, & lacticiniorum esu in Quadragesima.

13. Et hic mihi Domini aduersarij tria imputant peccata, tres errores. Primum est, quod verba illa non sunt Glossæ, sed Gratiani. At sciebam optimè illa esse Gratiani, non Glossæ, sed communi, & vulgari nomine, & sensu, omne illud, quod non est textus, & est explicatio illius, quantum sit variorum auctorum, Glossam appellamus; sic in glossa communi sacræ Scripturæ, omnes auctores, qui illius textum expli- cant, vnicò vocabulo, glossam communem appellamus. Sed si ad glossam, hi Domini Doctores Gratianum addunt, illis gratias maximas persoluiimus, quia ex illorum sententia, habemus pro nostra opinione tres antiquissimos Doctores, primum Glossam; secundum Palatium; tertium, quem nobis addunt, Gratianum.

14. Secundus error est, quod verba illa relatiua *Hæc, &c.* non sunt referenda ad interrogationem ouorum, & lacticiniorum, sed ad omnes alias interrogationes, hæc excepta, vel ad interrogationem immediatam illis verbis, quæ erat, an vtendum esset vino in ieiunijs Quadragesimæ.

15. Sed ad hoc breuissimè, duo respondeo, primum est, quod non assignabunt maiorem rationem, quare verba illa relatiua referenda sint potius ad vltimam, & immediatam interrogationem Augustini, quàm ad omnes alias, quare hoc videtur liberè dictum, & sine fundamento, quia Gratianus intendebat illic explicare omnes quæstiones, quas Augustinus à Papa inquisiuit; & omnibus respondit his verbis. *Hæc estis egibus constituta sunt, &c.* Quare omnes sine dubio comprehendit, sint minus ostendant mihi, vbi sit explicatio commetaria, quam dedit Gratianus interrogationi ouorum, & lacticiniorum; Profectò non ostendit? Deinde si Gratianus in his verbis relatiuis voluit tantum respondere ad vltimum, & immediatum dubium de vsu vini in Quadragesima, & non ad omnia alia dubia; dicendum illi erat *Hoc, & non Hæc.*

Respondeo secundo in ordine textus, & capitis *Denique*, dist. 4. hanc de ouorū, & lacticiniorum esu quæstionem, non esse primam, nec esse vltimam, sed in medio esse sitam, & collocatam, quomodo ergo respondit Gratianus vltimæ, & immediatæ quæstioni, omnibus alijs exceptis, aut quomodo respòdit, omnibus alijs, dempta hac vna, & præcipua, quæ erat in medio, cum tanquam verus glossator omnes intenderit explicare? Quare Domini Doctores aduersarij hoc neruoso argumento presis, effugium istud inuenerunt, incongruum profectò, quærant aliud congruentius.

16. Tertius error, quem mihi imputant, est, quod ego ad verba Gratiani addiderim ex meo Marte in meo tomo in quinque præcepta, illa verba, *Tamè sine causa erit veniale*; cum illa in Gratiano in eotextu capitis *Denique* non inueniantur. Ad quod respondeo cum Diuo Hieronymo epistola ad Lucinium, paulò post medium. *Post impressionem relegere non potui*, quia liber ille meus Lugduni impressus fuit, ego erã tunc temporis Olysiptone, ille in Gallia imprimebatur, ego eram in Lusitania; & addit D. Hieronymus, quod ego etiam addo. *Si paragrammata repereris, vel minus aliqua descripta sunt qua sensum legentis impediunt, non mihi debes imputare, sed impritiæ Notariorum, librariorumq; incuriæ, qui scribunt, non quod inueniunt, sed quod intelligunt.* Respondedo in super cun Martiale lib. 2. Epigram. 8. *Non meus est error, nocuit libarius*: nam lineam extendit vltra id, quod ego posui cum linea.

Demus tamen quod hoc ego id tanquam ex Gratiano addiderim, quid hoc interest? cum re vera Gratianus id ipsum dicere intenderit, vt demonstratum est, cum dixerit, *Hæc transgressio reos non arguunt*, & sermo ibi illi erat de dubijs, ac quæstionibus, de quibus Augustinus Anglorum Episcopus quæsiuit à Summo P. an peccatum mortale illarum rerum transgressio contineret. Quarum præcipua erat, vt dixi, illa quæstio de ouorum esu in Quadragesima. Respondit que Gratianus non continere, & tamen negare ille non poterat continere veniale, cum talis esus sit dependentia à carni- bus, & minor transgressio, quæ minorem culpam supponit.

17. Citauit etiam in meo illo tomo pro mea opinione sapientissimum Patrem, & Doctorem Complutensem Ferdinandum Perez nostræ Societatis, professorē Theologiæ in ea insigni Academia antequam Societatem nostram ingrederetur, virū sanè insignem literis, & sanctitate, quem omnes Doctores Lusitanæ in maioribus dubijs tanquam literarum Apollinem consulebant, qui in vtraque Academia Conimbricensi, & Eborensi hanc opinionem docuit, dictauit, & legit, illamq; autoritate Palatii sui contemporanei, & amici confirmauit.

18. At respondent Domini Doctores aduersarij, se nec hunc Doctorem cognoscere, nec vidisse illius glossas, & fortassis potuisse à me tam falso allegari, quam falso allegari Palatium. Bene quidem respondent: nam si virum hunc cognouissent nunquam opinionem illius damnassent, nunquam lacerassent; Querant à Lusitanis quis fuerit hic tantus, ac talis vir? Glossæ verò illius, hodiè non solum inter Parochos Regni Lusitanie, sed etiam inter præstantissimos Doctores (& quod caput est) inter Patres, ac Magistros sapientissimos nostræ Societatis, in hoc Regno, tam assidue manibus atteruntur, tam crebrè leguntur, vt omnes mihi in faciem conspuerent, si falso illas allegassem. Iam verò si tam falso hunc virum allegari, quam falso allegari Palatium, bene mea res habet, malè illorum agitur.

Hic ergo Ferdinandus Doctor Complutensis, & Cathedricus post Palatium Doctorem Salmaticensem hanc opinionem in Lusitaniam inuexit, & ab his duobus sapientissimis viris in vtraque Academia huius Regni Conimbricensi, & Eborensi edocta est. Postea illam docuit, etiam in his duabus Academicis sapientissimus Doctor Iacobus de Cysceneros in vtroque iure Doctoratus laurea in Vniuersitate Conimbricensi insignitus, nostræ Societatis, qui Romæ per multos annos mirabili auditorum plausu moralis Theologiæ Cathedræ Doctor extitit, ac Magister. Post hos autem tantos, ac tales viros hanc etiam opinionem in hoc regno Lusitanie, tam Ebore, quam Olysiptone publicè edocuit Pater Baptistista Fiegolius, vir plane nostræ Societatis doctissimus, cuius opera laudatissima lucem aspicient quam citissimè, iam enim penè in prælo sunt, vt ipse sua inscriptione infra apponenda testatus est.

19. Alij post hos illam etià docuerunt. Nouissimè verò hoc precedenti anno 1629. eam publicè sustinuit, & docuit in publicis actionibus Reuerendissimus Pater, ac sapientissimus Doctor, & Magister Frater Paulus à Natiuitate ex augustissima familia Diui Benedicti in hac Academia Conimbricensi, in suo insigni Collegio, vt ipse infra attestatur, alios prætereo, ne longus sim. Dicant modò Domini Doctores aduersarij me fuisse primum, qui hanc opinionem in orbem inuexi, & ideò tanquàm nouam, ac nuperam exhibendam esse?

20. Nec in me reprehendus est hic modus allegandi glossas manuscriptas insignium Doctorum, quia id ipsum agunt passim Pater Vazquez, Pater Henriquez, Lefsius, Azor. & alij, passim viri doctissimi, vt sepius in illorum operibus reperimus, & Viualdus, qui passim allegat glossas manuscriptas Doctorum Salmaticensium.

21. Hi ergo sapientissimi authores, quos in meo libro allegari Palatium, scilicet, glossam in verbo, *Par*, Gratianum ibi, & Ferdinandum Perez cum praxi regni Lusitanie, & continuo docendi vsu, iudicio prudentum sufficiunt, vt hanc opinionem valde probabilem efficiant; nunc verò cum magni nominis, & auctoritatis viri, & Prælati, & iudicium vtriusque scholæ Eborensis, & Conimbricensis, & approbatio tot virorum insignium, & literis præcellentium, totius Lusitanie, accesserint, non solum valde probabilem, sed etiam probabilem esse, imò certiore, & veriorè oppositâ, quæ docet id esse peccatum mortale prudens qui libet iudicabit: quamobrem inferant ex dictis Domini Doctores aduersarij opinionem hanc habere primam qualitatem, ne temeraria iudicetur; patrocinium, scilicet, Doctorum (& plures etià ex antiquis pro ea citabilibus in capite vltimo huius informationis) & ex defectu huius patrocinij non posse damnari, imò plerique Doctores Lusitani temerarios appellent illos, qui temeritatis notam huic solidæ doctrinæ inurunt.



## CAPVT III.

## Habet hac opinio pro se rationem.

22. **S**ECVND A qualitas, quæ requiritur, vt aliqua opinio temeraria nõ sit, ea est, vt probabilibus rationibus, & fundamentis innutur. Confirmari hanc meam opinionem in meo libro duabus rationibus. Prima, quia Summus Pontifex facile dispensat in esu ouorum, & lacticiuorum in ieiunijs Quadragesimæ, in Bulla Cruciatæ difficillimè verò in esu carnum, quia in hoc, non dispensat, nisi de cõsilio, & iudicio vtriusque Medici; Non est ergo eadem ratio, & culpa mortalis in vtroque casu; nõ si vtrobique daretur eadem ratio, & pœna culpæ lethalis, vtrobique etiam, daretur eadem difficultas in dispensando; non datur, ergo nõ datur vtrobique eadem pœna culpæ mortalis.

23. Secunda, quia si sub eodem præcepto, eodem modo, & pœna præcipiatur in Quadragesima abstinentia ouorum, & carnum; sequeretur, quod sicut ille, qui facultatem habet ad edendas carnes in Quadragesima non tenetur ieiunare, iuxta

A meliorem opinionem Doctorum, A qua docet dispensatum in esu carnum, dispensatum quoque esse in ieiunio, ita etiam non tenetur ieiunare ille, cum quo dispensatur in esu ouorum, & lacticiuorum; consequens est falsum, ergo & antecedens.

*Medina sum. c. 14.*

*§. 10. fo. 71 24.*

*§. Pro lo*

*qual. & f.*

*74. versu.*

*Quien tie-*

*ne. Hæriq.*

*lib 7. de in*

*dulg. c. 13.*

*vers. d'ispè*

*fato*

*Flāma. 3.*

*p meibidi,*

*c. 5. §. 26.*

*ad finem.*

*Azor 10. 1*

*lib. 7. c. 10.*

*q. 3. Caiet.*

*2. 2. q. 147 26.*

*art. 1. Ga-*

*lyi in 4. d.*

*16. q. 3. ar.*

*3. dub. 1.*

*§. de secun*

*do. Cordu-*

*ba in sum.*

*q. 142. Pa-*

*latios in 4.*

*disp. 8. cõc.*

*6. dist. 15. 27.*

*Ant. Ber-*

*nard. in su*

*tra c. 22. n.*

*18.*

Sed contra primam rationem insurgunt, & aiunt; eam rationem esse debilem, & apparentem: primò, quia sunt nonnulla peccata lethalia inducta per præcepta, quæ sunt de se leuia in quibus facilius dispensatur, quàm in alijs grauioribus; & tale esse peccatum, quod in esu ouorum, & lacticiuorum committitur in Quadragesima. Et idcirco cum leue sit, facillime in eo Summum Pontificem dispensare, & quod abstinentiam ouorum esse abstinentiam rei minoris, quàm abstinentiam carnum, idcircoque, qui vouet abstinentiam carnum non vouere abstinentiam ouorum, quod id ipsum docet Soarius tom. 4. de Relig. c. 7. n. 9.

Sed responsio ista, nullum habet fundamentum. Primò, quia iam fatentur hi Domini Doctores esse peccatum mortale, sed leuissimum. Id ergo quod leuitatis habet, est adeo leue, asserunt Doctores Lusitani, vt à grauitate mortali exculatur, & solum maneat in statu culpæ venialis, ob materiæ leuitatem, & idèò quauis prohibeantur oua in eodem præcepto, quo prohibentur carnes, non prohiberi eodequò modo, nec & eodem rigore pœna lethalis noxæ. Sicut sub eodem præcepto culpæ mortalis præcipitur audire integrum sacrum diebus festis, & tamen, qui leuem partem facti omittit, non peccat mortaliter, sed venialiter.

Quod autem oua, & lacticia non prohibeantur in iure eodem modo, & pœna noxæ mortalis, patet. Nam cum iam essent in iure prohibita carnes sub eadè noxa mort. In Quadragesima, dubitauit Augustinus Anglorum Episcopus, an eodè iure prohiberentur etiam sub eadem pœna lethali oua, & lacticia in Quadragesima, & responsum fuit illi à Papa in capite *Denique*, dist. 4. in hunc modum. *Par autem est, & sicut Summus Pontifex respondit, id par esse, siue conueniens, seu iustum, & æquum, vt Glossa ibi explicat, facile poterat respondere affirmando, sed noluit id respondere, quia durissimum illi visum fuit, pœnam lethalem gehennæ neophito Christiano recens ab ebrietate, & commestationibus gentilitatis ad sobrietatem fidei conuerso, quales tunc temporis erant Angli, constituere, eo solum, quod frustulum casei, aut bina oua comederet.*

Nec iuste ad hoc possunt respondere Domini Doctores aduersarij. Abstinentiam ouorum, & lacticiuorum non esse de essentia ieiunij in communi, esse veniale, nõ de essentia ieiunij in Quadragesima, spectato iure; quia hoc est petere principium, de hoc enim dubitatur, & procedit quaestio, & asserre pro ratione id, de quo dubitatur, & quod controuertitur, non congruit, nec solet fieri à Doctoribus.

Non dubitamus tamen de consuetudine, posse in Castella (vt de Casto est) & in nõnullis alijs orbis partibus, esse culpam lethalem ab ouis, & lacticijs in Quadragesi-



ma non abstinere, & inibi harum rerum abstinenciam esse de essentia ieiunij Quadragesimæ, sed id tunc non prouenit ex vi iuris, sed ex vi consuetudinis; nostra autē quæsitio procedit de iure, non de consuetudine; quare Domini Doctores aduersarij, cum se vident oppressos argumentis Lusitanorum, quibus ostenditur ex vi iuris id non esse peccatum mortale, recurrunt statim ad consuetudinem tanquam ad asilum, & aiunt consuetudinem esse optimam iuris interpretem, & illam in Castella interpretatam fuisse harum rerum abstinenciam obligare sub mortali.

Ad hoc autem respondemus non opus esse, vt consuetudo iuri innitatur ad hoc, vt possit obligationem inducere sub mortali, quia hoc nihil aliud est in substantia, quam vim consuetudinis eneruare, ac dicere, illā sine iure scripto, non posse peccatum mortale inducere. & per consequens id, perindē est, ac auferre potestatem Principibus Ecclesiasticis ferendi leges, quæ obligent sub lethali. Nam ideò consuetudo legitime introducta, & à Prælati approbata vim legis habet, quia Prælati easdem leges possunt facere, cum autem approbant aliquam consuetudinem, in ea re, legem faciunt, & ius condunt. Et ideò propriè loquendo consuetudo ius constituit, ac leges figit, nō declarat, nec interpretatur, qui enim declarat aliquid, supponit obligationem, quæ declaratur ex alio principio prouenire.

28. Quod si uoluerimus hunc modum loquendi admittere, eadē facilitate, respondebunt Lusitani, quæ respondent Doctores aduersarij, scilicet, in Regno Lusitanie consuetudinem etiam interpretatam fuisse, ouorum, & lacticianorum abstinenciā, non esse de essentia ieiunij, in Quadragesima, sicut non est de essentia ieiunij in cōmuni, & extra illam. Et sic vnusquisque sequatur suum morē, suum vsum, suum interpretem. Sed hoc in summa est dicere id, quod in meo libro dixi, consuetudinem obligare sub mortali, in locis, & Prouincijs in quibus obtinuit.

29. Arguunt etiam Domini Doctores aduersarij contra meam primam rationem, illam esse apparentem, non concludentem; quia animaduersurus eram, cum meum librum inscripsis, Summū Pontificem ideò in Bulla Cruciatæ faciliē in esu ouorum dispensare in Quadragesima, quia attendit ad penuriam piscium Regni Castellæ, & ad necessitatem, quam incolæ illius Regni patiuntur, cui sufficenter per ouorū, & lacticianorum esum succurritur, id, petente Catholico Hispaniarum Rege, vt modo, quo possit, necessitatem suorum vassallorum adiuuet; & animaduersurus etiam eram, fortē alibi in alijs Prouincijs rigorose posse hanc ouorum abstinenciam sub lethali culpa obseruari.

30. At respondeo nullo modo ex eo quod arguunt probari, esse peccatum mortiferum, loquendo ex vi iuris communis ova edere in Quadragesima, & præceptū ieiunij violari. Probat tamen id eleganter, supposito quod id sit peccatum lethale, dari rationabilem causam dispensandi faciliē in eo esu in Quadragesima. Respondeo secundò, dispensationem hanc solum esse necessariam, & habere locum in Castella, & in alijs Prouincijs in quibus vsus, & consuetudo illicitum fecit hunc esum; non verò in illis in quibus vsus illum fecit licitum. Et ideò nihil præiudicat hæc Lusitanorum opinio consuetudini Castellæ, & aliarum Prouinciarum, in quibus eadem consuetudo illum sub mortali fecit illicitum. In Lusitania autem, attenda consuetudine, non est peccatum mortiferum hic ouorum, & lacticianorum esus in Quadragesima. Et hæc consuetudo Lusitanicæ nullum impedimentum est enouementis Cruciatæ, in eadem Lusitania, vt patet, quia quamuis in hoc Regno tantum veniale reputetur hoc peccatum ex vi iuris, tamen hoc nihil impedit Cruciatæ, enouementis. Nam plus valent hi redditus in Lusitania, quam in qualibet alia vtriusque Castellæ parte, quæ & terrarum tractu, & populis, & numero vrbium, æquet Portugaliā. In nostro enim Regno Lusitanicæ redditus Cruciatæ ad summam attingunt, octoginta millia ducatorum. Quod si hi redditus in Castella huius Bullæ, æquarent redditus Lusitanicæ; cū Castella fecies, aut septies amplior sit tota Lusitania ad quantam summam inibi peruenirent?

31. Contra secundā rationē, quā meam opinionē confirmaui sic insurgunt arguentes. Abstinenciam ouorum, & lacticianorum esse de essentia ieiunij in Quadragesima, non in communi, nec extra illam. Sed hoc iam satis refutatam, & explanatam

est num. 27. Et vnde mihi probabunt Domini aduersarij harum rerum abstinentiam esse spectato iure, & seclufa consuetudine, de essentia ieiunij Quadragesimæ, cum hoc de iure non constet. Profectò debent recurrere ad consuetudinem. At opus est iisdem veltigijs insistere, & semper disputationis puncto inhærere.

32. Ad do insuper illos non loqui consequenter, nec congruenter, quia is, qui virtute Bullæ Cruciatæ dispensatus est, in esu ouorum, in Quadragesima, non est dispensatus in ieiunio, tenetur que ieiunare, iuxta meliorem opinionem, vnde clarè infertur abstinentiam hanc ouorum, & lacticianiorum, non esse de essentia ieiunij Quadragesimæ; alioqui cogentur sequi peiorem opinionem, cum videant aliam esse meliorem, & sic aptari illis poterit Horatianum illud *Video meliora, proboque, deteriora sequor.*

33. His duabus rationibus, vt dixi, quas hætenus sustetavi, meam opinionem confirmavi. Nunc pluribus illam cõfirmo. Prima, quia lex vt obliget sub peccato mortali, opus est, & vt sic clara, manifesta, & vt clarè, & distinctè loquatur, iuxta caput *Erit autem lex*, dist. 4. ibi, *Manifesta quoq; ne aliquid per obscuritatem in captionem cõsineat, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vilitate conscripta.* Nullibi autem in iure expressè inuenitur lex, quæ obliget sub peccato mortali ad abstinentiam ouorum, & lacticianiorum in Quadragesima; ergo non datur talis lex prohibitiua harum rerum sub ea culpâ, ac proinde non est mortiferum peccatum, hæc edere de iure loquendo. Minor in qua est difficultas probatur, quia si aliqua lex, aut ius daretur, esset illud quod continetur in cap. *Denique*, dist. 4. in illis verbis. *Par autem est, vt quibus diebus à carnalibus animalium abstinemus, ab omnibus quoq; que sementinam carnis originem trahunt, ieiunemus, à lacte videlicet, caseo, & ouis.* Ibi autem nulla sunt verba clarè, & manifestè præceptiua, & inductiua peccati mortalis; ergo intentum. Nam verbum, *Par*, vt explicat Glossa ponitur pro æquo, & iusto, ac conuenienti, & sic congruentiam indicat, non graue præceptum, & cum Glossa idem etiam sentit Dominicus ibi, *Dictio illa, Par, non stat similitudinarie, sed ponitur pro æquo, & iusto*; quasi diceret, non simili prohibitione, & pœna præcipitur hæc abstinentia ouorum, ac abstinentia carniuum in Quadragesima. Et quanuis nonnulli velint, illic subintelligendam esse particulam *sc*, ita vt sensus sit, *sc* quoq; ab omnibus, qua sementinam carniuum trahunt originem, ieiunium. Id quidem deuinare est, & verba textui addere, illumque torquere, vt ad suum sensum extorqueant; & verò quanuis id illis libenter demus, deest tunc illa particula, *Par*, quæ illorum sensum, & obligationem æqualem, quâ fingunt, destruit. Manet enim tunc sensus. *Sic quoq; par est*, id est, congruum, vt in toto rigore sui significatus verbû illud, *Par*, indicat. Dicent pœnam peccati mortalis contineri in materia, quæ est de se grauis, & sufficiens, vt mortalem noxam, ac pœnam inducat, quia oua, & lacticia originem trahunt à carnibus. Sed hoc iam refutatum est; sunt enim oua dependentiæ carniuum, & dependentiæ non puniuntur in iure eadem pœnâ, quâ crimen principale. *L. Leuia*, ff. de Accusat. *L. Respicendum*, ff. de Pœn. quod iam demonstratum est.

Secunda, quia pœnæ peccati mortalis non sunt trahendæ, & extendendæ, ad minores casus, ac dissimiles, nec etiam peccata sunt multiplicanda: hæc enim etiam militant regulæ communes. Pœnæ sunt restringendæ, fauores ampliandi. Minor autem res est, oua edere, quàm carnes; ergo minori pœnâ, quàm peccati mortalis, debet hoc puniri; ergo sola pœnâ peccati venialis.

Tertia, quia in Lusitania omnes Dei gratia fideles sunt, & optimi fideles, & tamen non cogitant, se peccare mortaliter, attento iure communi. oua, & lacticia in Quadragesima comedendo, nec se hac de re accusant, nec Doctores, & Vniuersitates explicant id esse mortale peccatum, sed tantum veniale attento eodem iure. Hæc sufficiant.



## CAPVT IIII.

*Habet hac opinio pro se vsum, & praxim Regni Lusitania.*

34 **P**RAXIS, & vsus Regni Lusitaniæ est harum rerû abstinentiam non obligare sub mortali, se tantû sub veniali. Si verò vsus, & praxis (vt volunt Domini Doctores aduersarij) est optimus legis interpret, bene ex hac praxi probatur, non contineri in prædicto capite *Denique*, dist. 4. hanc rigorosam obligationem culpæ lethalis, quod si praxis aliud in alijs Provincijs interpretatur, & tenet, id tenendum erit in illis.

35. Quod autem hæc sit praxis huius regni probatur: quia magnam ego feci diligentiam, magnam curam adhibui, vt id scirem ex Parochijs huius Regni, maritimorum etiam locorum, & ita mihi suis testimonijs affirmarunt, constat ex testimonio authentico Reverendi Domini Sebastiani Barbosa de Moraes Archiepysbyteri Viannensis, & Abbatis Divi Ioannis de Sago, quod testimonium ex Lusitania Matritum nisi ad Patrem Antonium Collasum nostræ Societatis, vt illud, si opus esset Doctoribus ostenderet aduersarijs.

36. Constat etiam ex testimonio Reverendissimi Domini D. Lupi de Sequeira Episcopi Portalegrensis in subscriptionibus infra apponendis, in quod id expressè asserit, ac testatur in approbatione huius opinionis.

37. Ad rem etiam conducit testimonium Reverendi admodum Domini Francisci de Azevedo viri doctissimi Archiepiscopatus Bracharensem Prouisoris, quo nemo melius id scire poterat propter amplissimam magnitudinem huius diececesis, in qua iurisdictionem hic dominus exercet; habet enim hic Archiepiscopatus Iultrales sacri baptismatis fontes hodie propè mille, qui à me interrogatus, quid de hac nostrâ opinione sentiret. Respondit, se de iure nihil in ea re aulum esse dicere inter personas tam doctas, & religione, & literis præcellentes. De facto tamen, & praxi, se scire in multis partibus huius Regni vsum habere id non esse peccatum lethale, & addidit, ita declarasse in Episcopatu etiam Lamecensi, vbi ipse Prouisoris munere, per id temporis, fungebatur, Illustrissimus Dominus D. Antonius Tellius de Meneses Episcopus Lamecensis. Olysi pone verò abrogata est iam quedam Extrauagans, in qua veditio ouorum, & lactis in Quadragesima vetabatur: venduntur enim passim per plateas præmissis præconio, & ad ostia passim venialia exponuntur, nemine prohibente, & id certum est etiam in Archiepiscopatu Eborensi, & in toto tractu Transitano, & Transmontano, & Brigantino.

## CAPVT V.

*Infertur conclusio ex hætenus dictis, refutatur temeritatis censura.*

38 **E**X dictis infertur habere hanc opinionem pro se auctores antiquos, & noviores; habere utranque Academiam huius Regni Conimbricensem, & Eborensensem, habere illustrissimos Prælatos; habere omnes viros Lusitaniæ literarum laude, zelo animarum, & religione præcellentes; habere vsum, & praxim totius Regni. Addo etiam (& quod maius est) habere consuetudinem nonnullorum Episcopatuû Castellæ, veluti Episcopatus Placentiæ, & Oviedij: Ex literis enim grauissimorum hominum, inde ad nos missis, accepimus, singulis annis, post publicationem Cruciatæ, statim è pulpitis per Sacerdotes populo declarari illorum neminem Cruciatæ iudgere, vt licite oua, & lactinia in Quadragesima vescatur, cum praxis illic habeat, ea non esse, tunc temporis, prohibita; quod prouidè, & prudenter  
fit;

fit, ne populus per ignorantiam erret. Nō est ergo hæc opinio temeraria ex eo quod auctoritate careat, & sit contra communem sensum, & consensum Doctorum.

39. Sit verò animaduertendum hic est, sententiam hanc Lusitanorum, et si non habeat tot auctores ex antiquis, quot habet contraria; id circoque illa præ ista communior censeatur, verior tamen istam nostram præ illa apparere ex hæcenus adductis, nec in contrarium mouet auctoritas antiquorum, qui illam tenuerunt: nam cum res magis ex iuris veritate, quàm ex multorum opinionum pendenda sit, vt optimè aliàs docuit Iustinianus, in l. 1. versu sed neque, C. de veter. iure enucleado, ad quod multa adducuntur primo tomo communium opinionum lib. 2. titulo 8. m. 6. merito huic nostræ sententiæ adhærendum est, quæ nititur solidissimis fundamentis, & auctoritate nouiorum Doctorum, qui hac de re, & puncto interrogati id prescius, & accuratius, vt iam diximus, indagarunt, neque enim aliqua opinio, eo quod cōmuniō sit, ideo probabilior censenda est, vt notant communiter Doctores.

C A P V T VI.

*Probatnr non esse hanc opinionem Lusitanorum scandalosam, nec pias aures offendere, vt asserunt Doctores contrarij.*

A Soarez de fide dif. 19. sect. 2. num. 19.

40. **V**T aliqua doctrina, aut propositio sit scandalosa, necessum est, vt talis propositio occasiōem ruinæ alijs præbeat. A. Insuper tamen Dominus fiscalis Cruciatæ in Castella, & hanc doctrinam explodendam esse omnino contendet, insistetque, vt hæc opinio de meo libro deleatur, & vt in aliorum exemplum, tam prauam doctrinam dissimulantium, illius author puniatur, addetque, cum oua, & lactinia præcepto Ecclesiæ sub culpa lethali in Quadragesima prohibeantur, si modo sciant aliqui, non ita prohiberi, dicitur Regiæ Maiestatis Vassalli, an cætera etiam præcepta Ecclesiæ sub mortali ligent, & sic nec Missam audient, nec soluent decimas nec sacramenta suscipient, in maximum damnum Reipublicæ Christianæ, & suarum conscientiarum nocumentum.

41. Sed antequam efficacissimis rationibus, his clamoribus respondeam: dicam ego Domino fiscali. si ita res habet, & ex hac doctrina tot tantaque scandala, & occasiones spiritualis ruinæ Vassallis Catholicæ Maiestatis oriuntur. Postulā, Domine, à Regiā Maiestate, vt iubeat puniri Sacerdotes, qui in Castella in Episcopatibus Placentiæ, & Ouedij, post publicationem Cruciatæ statim surgunt, & ex pulpitis, & locis editis docent populum, nullam esse culpam, nec mortalem, nec venialem in ijs diocessibus, oua edere in Quadragesima, nec inde ieiunium violari: nam ex hoc etiam fonte promanabunt eadem, & multo maiora, & grauiora scandala in Vassallos Regiæ Maiestatis.

42. Volo tamen hanc nebulam diluere, ac dissipare: mihi enim videtur Dominus fiscalis trepidare, vbi nihil trepidandum est. Statuo igitur primo, aliud esse, in hac re, loqui de iure, aliud de consuetudine; de iure iam probauimus, solam esse culpam venialem oua edere, & lactinia in ieiunijs Quadragesimæ, de consuetudine dixi in meo tomo dicto lib. 1. quarti præcepti, cap. 2. num. 14. certum esse, mortiferum peccatum esse non abstinere ab ouis, & lactinijs in Quadragesimæ, in ijs Prouincijs, in quibus consuetudo obtinuit hæc edere, esse peccatum mortale, ibi: *In ijs locis in quibus consuetudo est hæc non edere, talis consuetudo obligabit ad mortale, certum est enim mortale peccatum esse non abstinere ab ouis, & lactinijs, quando ea per consuetudinem sunt prohibita.* Verè equidem hæc, si lana sunt, & intelligibilia, vbi loquor absolute? Vbi assero, non esse in Castella peccatum mortale hæc edere absolute loquendo, comprehenderedoq; tam ius, quàm consuetudinem? Planè nullibi? nec locum talem ostendent in meo tomo, imò contrarium statuit? Si enim statuo id peccatum lethale esse, vbi consuetudo est

tem-

tempore Quadragesima hæc non edere, cum in Castella detur talis consuetudo (paucis Episcopatibus exceptis, vno, scilicet, & altero Placentiæ, & Ouedij) consequenter dico in Castella hæc edere, esse peccatum mortiferum. Nonne hæc bene percipiuntur? quid ergo Timeant vbi non est timendum, quid metuunt, vbi nihil est timendum? Plane, plane illorum timor nullum habet fundamentum; nam Dei gratia, omnes in Castella in Episcopatibus Placentiæ, & Ouedij à multis sæculis Christiani sunt, quibus locis docetur populus licitè hæc posse edi, absque fractione ieiunij, & tamen nunquam accepimus in Lusitania, in ijs locis scandalum aliquod fuisse ortum, aut occasionem fuisse acceptam, vt exinde aliqui dubitarent de obligatione præceptorum Sanctæ matris Ecclesiæ.

43. In Lusitania verò, vbi omnes docti tenent, harum rerum esum ex vi iuris communis non ligare sub mortali, sed sub veniali tantum, vt probatum manet, certissimè est, nunquam inde ortum fuisse paruulis scandalum, aut id occasionem illis ruinæ extitisse, vt dubitaret de præceptis Ecclesiæ. At dicet, id ex eo prouenisse, quia hæc tenent Prælati, & Pastores fuerunt vigilantissimi in Lusitania, quare ergo venturi Prælati non ita erunt vigilantes? Certè hoc arrolari est, & grauisimi sceleris venturos Episcopus coarguere atque infimulare?

44. Dubitare de præceptis Ecclesiæ, & de vi coactiva Ecclesiæ, & introductio hæresum ex alio fonte prouenit. Nempe ex libertate vitæ, vitij dissolutæ, ex luxuria, ex libidine, ex ambitione, ex inexhausta cupiditate per fas, & nefas pecuniarum acervos cogendi, iuxta D. Paulum ad Collocenses 3. num. 5. Vbi hæc vitia subodorantur, opus est, vt alijs medijs, ac remedijs conuenientioribus supprimantur; hoc enim remedium prohibitionibus huius doctrinæ, caret ordine ad talem finem.

45. Dico deinde doctrinam mei libri non fuisse à me scriptam paruulis, & ignorantibus, sed doctis, & sapientibus, qui sciunt omnia perpendere, & pensitare, & verò quod nec paruulis, nec sapientibus perniciosum est, inde probatur: quia aut datur in aliquo regno, aut prouincia consuetudo, hæc edendi, aut non datur. Si datur iam consuetudo licitum fecit, & nullum est peccatum ea comedere, vt fit in Placentiæ, & Ouedij Episcopatibus. Si non datur: imò datur contraria consuetudo, hæc non edendi, vt cernimus in alijs Prouincijs Castellæ, iam consuetudo id illicitum sub mortali fecit, & mortale erit, & violabitur ieiunij præceptum in ijs Prouincijs, & alijs orbis partibus vbi similis consuetudo fuerit hæc non edendi, si hæc in Quadragesima edantur. In terris verò, quæ de nouo conuertuntur, quid quæso inconueniens est, id, quod docet ius, illarum incolæ edocere?

46. Addo tandem ad hæc omnia respondisse sapientissimum Doctorem ac Magistrum Emmanuelem à Valle de Moura, virum doctissimum, Doctorem Theologum, Sanctæ Inquisitionis Senatorum, ac Consultorem ordinarium, Magistrum excellentissimorum Dominorum Brigantinorum, is ille est, qui multa contra hæresim inscripsit, & librum Enfalmorem edidit vtilissimum, à quo alia opera parantur, quæ citissimè, vt speramus, in beneficium commune, edentur in lucem. Ita enim hic vir hac de re consultus respondit.

47. *Mibi euident est, probabilem esse opinionem, quæ docet loquendo de iure communi, esse solum veniale ona edere, & lacticia in Quadragesima, non de consuetudine huius, aut illius Prouinciæ. Secundò mihi euident, & pro conperto est, supposita dicta probabilitate, licitum esse hac dicere, docere, & predicare, siue in compositione, siue in qualibet alia publica actione, in qua datur occasio loquendi, & docendi populum, hac de re, quia nullum datur præceptum pœnitentiæ, quod hoc prohibeat, nec talis doctrina scandalum parit, quæ audita, proximis paratur ruina, nec praiudicium aliquod considerationis afferat emulgentis Cruciatæ, comparatione veritatis, quam continet, præsertim in terris in quibus consuetudo introductam habet peccatum mortale, in hoc negotio, quia in his terris sufficit hac consuetudo, vt ad hunc finem detur necessitas, aut utilitas se sciendi Bullam. In terris verò in quibus statum solo iure communi, ad timoratos viros, qui volunt de sua conscientia securius agere, & se ab scrupulis liberare, sufficit, quod contraria opinio, quæ docet id esse peccatum mortale, sit fortasse probabilior, ad illos verò, qui parum curant de conscientia sua (dolor est) quod tam parum praiudicium afferatur Cruciatæ, vel cuiilibet alteri me-*

dio, ac remedio salutis, ex eo quod hi sciant in materis similibus maiorem, vel minorem probabilitatem dari. Denique si inquisitione veritatis fidei, aut morum, aut mediorum salutis, respiciendum est, non ad ipsam veritatem, sed ad maiores, vel minores redditus, Cruciantia indigna res est, qua dicatur, vel de aliquibus Doctoribus publicetur, & hoc plane fit cum libri solum hoc intuitu prohibentur tempore hoc, tot hæreticorum, & tam carnalium Eboræ 28. Nouembris. 1627. Hæc ille.

Doctor Emmanuel de Valle de Moura.

## C A P V T VII.

*Refutatur obiectio, & fundamentum aduersariorum, quo dicunt hanc doctrinam esse scandalosam, cum sit contra sextam, Synodum.*

48 **F**VIT non nemo in Castella, qui ausus est dicere, hanc opinionem totius Lusitaniz esse scandalosam, eo quod sit expressè contra sextam Synodū Trullanam, in qua prohibentur ova, & læsticia sub graui pœna excommunicationis, quæ arguit grauem, & lethalem conscientiz noxam, & ita ait hæc Synodus, in quodam canone.

*Visum est nobis, vt omnis Ecclesia, quæ est in vniuerso terrarum orbe, vnum ordinem sequens, ieiunium perficiat, & abstineat, sicut ab omni maculabili, sic ab onis, & casis, quæ sunt fructus eorum à quibus abstinemus, qui autem hoc non seruauerint, si sint clerici, deponantur, si laici segregentur.*

49. Sed hic qualis qualis ille Doctor sit, dū nos scandali arguit, ex eo quod nostra doctrina sit contra hanc Synodū, quæ ille sanctam, & œcumenicam appellat. Videat ne ipse sit scandalus vniuerso orbi, & ijs præcipuè, qui norunt hanc Synodum esse hæreticam, deprauiatam, & pseudo Synodum, quoad editionem talium canonum. Et verò licet idem author addat in Glossa, quam publicè dictauit (locum taceo, honoris causa.) *Neque obstat quod canones huius Synodi non sint probati ab Ecclesia, vt nonnulli existimant, quia excepto canone de continentia clericorum, & de primatu Sedis Constantinopolitana, omnes alij recepti fuerunt, & illis gubernata est Ecclesia, & præterea ille canon testatur eam esse vniuersalem Ecclesia obseruantiam.*

50. Ad hoc, duo respondeo: primò hunc authorem egregiè lapsum fuisse, & illius errorem esse intolerabilè, & omninò ab illius glossula delendū, ne in alios serpat cū damno conscientiarum: quia tota hæc Synodus est hæretica, damnata & reprobata ab Ecclesia Catholica, & nunquam illius canones fuerunt admissi, non solum ab Ecclesia Romana, sed nec etiam à tribus Patriarchis Orientalis Ecclesiz, vt docet doctissimus Baronius tomo 8. fol. 602. in impressione Vaticana anni 1599. & fol. 604. & fo. 611. 612. 613. 614. & id probat ex Bedæ de sex ætatibus in Iustinianum minore, & ex Paulo Diacono de gestis Longobardorum lib. 6. capit. 11. docet etiam Illustrissimus Cardinalis Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice cap. 18. §. Argumentum 2. & latè lib. 1. de consilijs cap. 7. & doctissimè id ostendit Turrianus integro libro horum canonum, & Coriolanus Cronolog. PP. & Concilior. anno 691. agès de Papa Sergio, & de concilio, quod eo anno coactum fuit sub Iustiano minore, in quo editi fuerunt huiusmodi canones, nomine sextæ Synodi, quorū resolutiones sunt reprobatæ: quia sunt contra dogmata Catholicæ Ecclesiz, vt latè probat Coriolanus discurrens per singulos illorum. Nam quamvis hæc sexta Synodus coacta primò fuerit sub Imperatore Constantino IIII. & Agathone Papa contra hæreticos Monothelitas, & fuerit postea approbata à Leone II. vt refertur tomo 3. Conciliorum, folio. 234. in impressione Vaticana anni 1585. ibique appelletur sancta, & œcumenica, id quidem verum est, quoad veritatem de duabus Christi voluntatibus diuina, & humana, quæ in hæc syno-

Baron.

Bellarmin.  
Turrian.

syno-

synodo sub Constantino IIII. & Agathone Papa decreta fuit: non verò quoad editionem omnium canonum Trullanorum, qui ipsi synodo postea à nonnullis Episcopis hæreticis additi fuerunt sub Imperatore Iustiniانو minore, in alia synodo, quæ illius opera in sua Trullana aula congregata fuit. reclamante Papa Sergio, ad atterendam auctoritatem prædictæ sextæ synodi. In qua multi canones erroribus scatentes conditi fuerunt, & à Trullana aula Trullani dicuntur, quos nomine sextæ synodi ad cõcilium illis auctoritate diuulgarunt, & quos nunquam voluit Sergius approbare. Videatur præter auctores allegatos Seuerinus Binius in admonitione ad Lectorem circa canones Trullanos, fol. 224. & 228. & Thomas Treterus Canonicus Sanctæ Mariæ Transyberim in epitome vitæ Imperatorum in vita Constantini IIII. & Iustiniани minoris.

51. Vnde miror certè ausum fuisse huiusmodi Magistrum in sua glossula, quam publicè dictauit, asserere omnes canones huiusmodi Trullanæ synodi, quæ nomine sextæ synodi fuit ab Hæreticis euulgata admissos fuisse ab Ecclesia Romana, & illis semper gubernatam esse, excepto canone de continentia clericorum, & de primatu Ecclesiæ Constantinopolitana; constat enim canones illos plurimis erroribus scaterere, vt legenti patebit.

## CAPVT VIII.

*Ostendo hanc opinionem, non esse malè sonantem, nec contra communiem sensum fidelium, nec parùm coherentem: ac proinde hac censura omnino indignam.*

52. **P**robauimus capite præcedenti liberam esse hanc opinionem censure scandalosæ sententiæ; ex quo etiam euidenter sequitur non esse malè sonantem; id enim malè sonat, quod audiencibus parit scadalum, quod enim malè sonat piarum aurium offensiuum est, vt notat Soares de fide disp. 19. lect. 2. num. 19. Non est igitur hæc opinio malè sonans, cum non offendat piarum aures, si sint verè piæ, prudentes. & doctrina sufficienter instructæ, quas tantùm respicit bonarum opinionum consonantia, non maleuolas, non aduersas, non captiosas, vt tradi solet 2. 2. q. 1. art. 2. apud D. Thomam vide Lercam ibi dist. 40. n. 16.

Lercam

53. Non est etiam contra cõmunè sensum fidelium totius orbis, si enim fideles in Castella putant se mortiferè peccare, hæc in Quadragesima edendo, & omnes hac de causa, tanquam de re mortali se in confessionibus accusant, id prouenit ex consuetudine, quia consuetudo ibi talem vsum sub mortali fecit illicitum. At non sic in alijs orbis partibus, nec in Episcopatibus Placentiæ, & Ouedij in eadem Castella, nec in tota ferè Lusitania, vbi consuetudo harum rerum eum licitum fecit, quid ergo clamant Doctores aduersarij? qua ratione ducti asserunt Christianos totius orbis credere hoc, esse peccatum mortale, cum ita non sit? Certè, qui hoc faciunt, aut putant eas Prouincias Castellæ in quibus id creditur, esse totum orbem, aut totum orbem esse in Castella in ipsidem Prouincijs illius in quibus id creditur, cum tamen capacior sit orbis, & plures, ac diuersas contineat nationes.

55. Nec hæc opinio est malè cohærens, vt aduersarij asserunt Doctores, & id ex eo fundamento probant, quod Gratianus in dict. cap. Denique, dist. 4. verbo, Par, asserat in eo capite contineri consilium, non præceptum. Nam Gratianus ita ait. *Nisi quis dicat hæc exhortando, & consulendo dicta sint.* Glossa verò ait. *Aquum & iustum est. Quæ omnia consilium arguunt, non præceptum.* Vbi autem consilium est, nullum peccatum est, iuxta illud D. Pauli. 1. ad Corinth. *De virginibus præceptum Domini non habeo, consilia autem do.* Malè ergo cohærens est (inquiunt) hæc Lusitanorum opinio, dum ait contineri ibi consilium, & peccatum veniale, cum potius asserendum illis esset, vt consequenter loquerentur, nullum esse peccatum, hæc edere.

Gratianus

D. Paulus

56. Cui obiectioni facile respondeo. Negari non potest ova, & lacteina originem trahere à carnibus, & ab illis pendere. & tanquam dependentia eodẽ præcepto prohiberi, non tamen eadem poena peccati mortalis prohiberi, nec eodem modo: neque enim in iure eadem poena dependentiæ puniuntur, qua puniuntur principale crimen, sed alia multo minori, quare si principale crimen, hoc est, esus carniū puniuntur in iure poena peccati mortalis; dependentiæ, hoc est, esus ouorum minori poena, hoc est, poena venialis culpa puniri debebant: & hoc iam vsque ad nauseam probatum est.

57. Quando verò Gratianus, & cæteri Doctores asserunt esse consilium, & exhortationem: intelligunt tale consilium, & exhortationem cadere super materiam sub veniali culpa prohibitam, ne scilicet contemnatur tanquã leuis: stat enim aliquid supponi prohibitum, & consilium dari ad obseruandam talem prohibitionem: Hic enim dantur duæ res. Vna est exhortatio; alia prohibitio. Exhortatio cadit super prohibitionem, & respicit personam, ad quam dirigitur talis exhortatio. Prohibitio respicit materiam prohibitam, & ideo ex vi exhortationis nullum datur peccatum, nec veniale quidem, si talis exhortatio non feruetur. Ex vi autem materiæ prohibitæ per præceptum, datur peccatum veniale. Nec asserant Domini Doctores aduersarij, etiam consilium cadere super prohibitionem respicientem, aut supponentem materiam grauem peccati mortalis. Nam hoc est petere principium, cum iam satis, superque probatum sit, non dari hic peccatum aliquod lethale.

58. Nec etiam mihi obijciant Domini Doctores aduersarij. Quauis peccatum veniale tanquam malum, & illicitum, velis, remisque fugiendum sit, tamen cū venialia parui ab hominibus pendantur. Si non statuamus, hoc esse mortiferum peccatum, posse indè non exiguum nocumentum redditibus Cruciatæ euenire. Respondemus enim primò, nos hic inquirere veritatem, & nõ agere de emulmentis Cruciatæ; in inquisitione autem veritatis ad nihil aliud attendendum est, quàm ad ipsam veritatem; nam si foret attendendum, non ad illam, sed ad maiores redditus Cruciatæ, indigna profectò res erit, quæ sciatur, esse in Hispania, aut Lusitania Theologos, qui asserant magis attendendum esse viris doctis ad pecuniarum coactionem, quàm ad scopum veritatis, vt optimè notauit sapientissimus Doctor Emanuel à Valle de Moura Consiliarius, ac Consultor sanctæ Inquisitionis in Lusitania, quem citauimus in cap. 6. huius tractus, nu. 47.

59. Respondemus secundo, à nobis iam satis esse demonstratum nullũ impedimentum asserre hanc opinionem redditibus Cruciatæ, vt patet ex cap. 3. num. 30. Adde autem indignissimum esse, quod sciatur, esse aliquos Theologos in orbe, qui ausi sint aggravare peccata, & de venialibus mortalia facere, vt ea causã maiores pecuniæ ex populo Christiano colligantur.

60. Respondemus tertio, Bullam sanctæ Cruciatæ habere plurima alia priuilegia, ex quibus redditus illius ad pia opera colligantur: habet enim incertorum debitorum compositiones, habet votorum dispensationes, & commutationes, habet plurimas indulgentias, ob quas necessario à fidelibus est sumenda: Insuper autẽ addimus, quod iam supra probatum est, nullum ex hoc capite inferri emolumentis sanctæ Cruciatæ præiudicium.

61. Oro denique, vt fiat aliquod experimentum in Castella in Episcopatu Placentiæ, & Ouedij circa redditus Cruciatæ, & reperietur, ibi, vbi ex consuetudine nullum est peccatum ova edere, non indè minui redditus Cruciatæ, facta comparatione harum diocesium cum alijs eiusdem magnitudinis; ergo non est hoc impedimentum redditibus Cruciatæ.

62. Et his quidem rationibus satis fecimus omnibus imputationibus, quæ nostræ doctrinæ sunt imputatæ à Dominis Doctoribus aduersarijs, & diluimus, ac deuicimus omnes notas, scandali, temeritatis, malè sonantiæ, & cohærentiæ, quæ nationi, & opinioni Lusitanorum ab illis iniustæ sunt.

63. Solum mihi superest vni rei respondere: scilicet me in meo libro dixisse tollendos esse omnes scrupulos illis, qui cogitant se in harum rerum esu mortaliter peccare. Videtur enim hæc tam absoluta locutio comprehendere vtramque obligationem



tionem iuris, & consuetudinis? Respondeo hoc intelligendum esse respectu earū partium in quibus consuetudo obtinuit hæc edere, non esse mortale, & respectu Prouinciarum, in quibus seruatur ius commune. Si enim in his partibus addubitetur, aut cogent aliqui se in harum rerum esu, peccare mortaliter, nec per erroneam conscientiam perniciose labantur, salubre consilium erit, illis tollere hos scrupulos, vt optimum fit in Castella, in Episcopatibus Placentiæ, & Ouiedij. Sic si in Castella, aliquis putaret illicitum esse; sabbatis vesci carnibus nomine minorum, consilium optimum erit; illos veritatem edocere, & eis hunc scrupulum auferre.

## CAPVT IX.

*Defenditur tractatus pro hac doctrina oblatus à Patre Antonio Collasso Societatis IESV.*

63. **O**BTVLIT Pater Antonius Collassus Tractatum pro defensione doctrinæ Lusitanorum, in illoque numero 11. multos citauit auctores vtriusque Scholæ Conimbricensis, & Eborensis, qui omnes asserunt, esse hanc Lusitanorum opinionem valde probabilem, & plerique veriolem, & probabiliorem oppositâ Doctõrum aduersariorum.

Ad inscriptiones, & testimonium vtriusque Academiæ Eborensis, & Conimbricensis, respondent Domini Doctores aduersarij, hoc sufficere, vt hanc meam, & illorū opinionem ab omni censura liberet, si illorum subscriptiones agnoscerent, & si illis proposita fuisset quæstio, vt reperitur impressa in meo libro.

64. Ad quod respondeo, subscriptiones illorum, & illustrissimorum Prælatorum, qui postea accesserunt, esse verissimas, & vt integram fidem faciant, curauimus modo, vt in forma publica, per notarios, & vtriusque Academiæ Secretarios apparerent, & hæc nostra informatio in Castella typis mandaretur, vt his Dominis Doctõribus hunc scrupulum euelleremus. Et certe mihi omnes in faciem despumarent, & sanctæ Inquisitioni me deferrent, si in illorum conspectu illos falso allegarem, & illorum subscriptiones fingerem, ac falsarij poenam incurrerem.

65. Respondeo etiam, quæstionem illis fuisse propositam eodẽ modo, quo impressa est in meo libro, quod si hæc de re dubitant, placet mihi auferre de meo libro hanc opinionem eo modo, quo illic inscripta reperitur, dummodo liberum sit illius loco inferere hanc opinionem tot insignium Doctõrum, & tam illustrissimorū Prælatorum testimonijs subscriptam eo prorsus modo, quo illis proposita à nobis fuit, & ab illis subscripta.

66. Neque quæstio alia erat, nisi de puncto iuris; nam de consuetudine, clarissime loquor, vt patet ex capite primo huius Informationis. Sed veniamus ad rem.

67. Citauit Pater Antonius Collassus nostræ Societatis pro mea opinione in suo tractatu, num. 10. Allagonam in capite *Denique*, dist. 4. num. 5. Dominicum ibi. Panormitanum de obseruatione ieiuniorum, capite *Ex parte*, nu. 10. Præpositum capite *Denique* dist. 4. in compendio illius, Medinam. C. de ieiunio, tract. 4. cap. de necessitate seruand. ieiun. versu vt igitur sequens doctrinam. Imponitur huic Patri, illū falso hos omnes authores allegasse, quia omnes tenent contrarium.

68. Vindico ab hac imputatione huiusmodi Patrem. Ab Allagona ordianur. Petrus Allagona in epitome prædicti textus capitis *Denique*, dist. 4. tâges omnes quæstiones, quas Augustinus Anglorum Episcopus proposuit Diuo Gregorio Papæ, inter quas præcipua erat hæc de ouorum, & lacticiuorum esu, ita ait. *Nota: ac dñi sunt de consilio, vel antiquata:* & nihil amplius dicit. Vbi ergo ait hic author, harū rerū esum esse peccatum mortale? ille enim in his verbis, id non ait; alia non inueniuntur apud illum. Nec respondeant ex hoc authore colligi, nec etiam id esse peccatum veniale, cū dicat id esse consilium. Nam retorquebo primo; male ergo asserunt, dum dicunt hunc authorem consentire cum illis, & contrarium illius, quod dicunt Doctores Lusitani

## Informatio opinionis.

teneret, cum ipse non dicat id esse peccatum mortale, imò ex illorum sententia, dicitur nec esse veniale. Retorquebo secundo, iam satis ostensum esse capite precedenti, nu. 66. posse stare consilium cum obligatione peccati venialis.

69. Secundo loco citavit Dominicum. Arguitur etiam Collasus de falsitate huius allegationis: Dominicus enim ait attento iure ex vi capitis *Denique*, dist. 4. id esse peccatum lethale. At non bene arguitur à sapientissimis Doctoribus contra Collasum, verba enim Dominici hæc sunt. *Glossa verbo Par, opponit. quod non est equalis abstinentia à carnibus, & caseo, vel onis, imò est magna differentia, ut dist. 82. capite Presbyter. Glossa soluit fatendo contrarium. & exponit textum, quod dictio Par, non fiat similitudinariè, sed ponitur pro aequo, & iusto.* Hæc sunt verba Dominici loco citato à Collasso. Et in primis inquiri ab his Dominis. Vbi inuenitur in his verbis Dominici ouorū esum esse peccatum mortale? Dicent in illis verbis, *Glossa soluit fatendo contrarium*, quia illi, quos Glossa impugnat, dicebant abstinentiam ouorum differre ab abstinentia carniū. Et Glossa fatetur contrarium; ergo fatetur esse eandem abstinentiam, & consequenter idem peccatum.

70. Sec adhuc inquiri; & quomodo fateretur Glossa contrarium? Respondet Dominicus, *fatendo contrarium. & exponendo textum, quod dictio, Par, non fiat similitudinariè, sed ponitur pro aequo, & iusto.* Si ergo est æquum, & iustum non datur eadem similitudo abstinentiæ, ac proinde nec idem peccatum mortale, sed aliud multò minus, hoc est veniale.

71. Dicent, colligi hoc esse peccatum mortiferum ex his verbis, quæ Dominicus statim addidit, & continuat, *Fit ex hoc etat, quod ubi dicitur, Par, refertur ad duo supposita diuerse nature non fiat similitudinariè. secus si essent duo similes nature, quia tunc fiat similitudinariè.* Nam cum oua, & lacticia sint eiusdem nature cum carnibus, & ab illis trahant originem, ita etiam cadunt sub eadem prohibitionē, & eadem pœna prohibentur, & addent hoc voluisse dicere Dominicum, & hanc esse illius opinionem, quia in numero 6. querens, an soluatur ieiunium, si edantur oua, & lacticia tempore, quo Ecclesia indicit ieiunium extra Quadragesimam, ita respondet. *Archidiaconus recitat, quod Innocentius de obseruatione ieiunii tenet, quod non per istum textum. Conclude tu, & est de mente Domini mei, quod si consuetudo nihil disponit, non licet hoc.* Hæc ille, & ita concludit, quare ad vltimum resoluit hoc non esse licitum quod potest intelligi; non licere, quia est peccatum veniale. Voluit ergo tantum Dominicus oua, & lacticia esse similia carnibus in prohibitionē, quia eodem præcepto, quo prohibentur carnes, prohibentur oua, non tamen eodem modo, nec eadem pœna peccati mortalis, sed alia pœna mitiori peccati venialis, vt dictum manet.

72. Et colligitur hoc illum voluisse, quia inquirens, an soluatur ieiunium, si edantur oua tempore quo Ecclesia illud indicit extra Quadragesimam, respondit, dixisse Archidiaconum, Innocentium dicere, quod non; illum verò dicere, sibi videri, non esse licitum ea edere extra Quadragesimam, nisi consuetudo illorum esum licitum fecerit; ibi, *Conclude tu, & est de mente Domini mei, hoc est Innocentij, quod si consuetudo nihil disponit, non licet hoc.* Et optime ait *Non licet*, & non ait sub peccato mortali, quia in illius opinione non erat, nisi solum veniale ea edere tam extra Quadragesimam, quàm in illa: quare, re bene pensata, maiori ratione allegauit Collasus Dominicum pro se, quam illi pro se allegant.

73. Citauit etiam Collasus in suo tractatu nu. 10. pro se, & pro nostra opinione Præpositum in dicto capite *Denique*, dist. 4. in compedio prædicti capitis, quod efficit in fine capitis. Et hic etiam arguunt illum eiusdem falsitatis allegationis, fundamētum illorum est, quia Præpositus referens opinionem Innocentij, & Dni Thomæ ita ait, *In hac materia dicendum, quod de iure in Quadragesima non est licitus esus lacticiuorum, & ouorum, ut probat textus, intellige capitis Denique. Ita nec in alijs ieiunijs introductis extra Quadragesimam, & paulo infra statim addit. Nihilominus tamen strictius seruandum est ieiunium Quadragesimale, propter rationes, quas superius reculi.* Et nihil amplius ait, quod ad rem præsentem inferuiat, quia statim reddit ad consuetudinem.

74. Et verò interrogo modò dominos arguentes. Vbi inuenitur in his verbis, quòd dicat Præpositus esse peccatum mortale edere oua, & lactinia in Quadragesima, ille enim solum dicit illorum abstinentiam strictè obligare tam in Quadragesima, quàm extra illam, & vtrumque esum ouorum, tam Quadragesima, quàm extra illam esse illicitum. Dicit verbum illud, *strictius* indicare peccatum mortale. At id deberent probare, nam inter peccata venialia datur latitudo, & quædam sunt maiora, quædam minorâ, illa verò, quæ sunt maiora sunt strictius fugienda, quia præceptum de illorum euitatione fortius obligat.

75. Deinde addo Patrem Collasum in suo tractatu citasse Præpositum in Compendio, quod ipse Præpositus efficit in fine dicti capitis *Denique*. In quo loco ipse Præpositus temperauit suam sententiam remittens se ad id, quod dicebat Glossa in dicto capite, quod erat, *Instum tantum, & aquum esse* abstinere ab ouis in Quadragesima, quod indicat ex lenitate materiæ esse tantum veniale, vt ad nauicam probauimus: quare ex dictis colligitur benè, & fideliter allegatum fuisse Præpositum à Patre Antonio Collasso, cum ipse prædictus Præpositus in allegato Compendio tandem, tandem remittat se ad id, quod Glossa ait.

¶ *Prosecutio eiusdem capitis noui.*

76. Allegauit Collasus in suo etiam tractatu Panormitanum in capite *Ex parte*, de obseruatione ieiunij num. 12. Arguunt hic verum esse, dixisse ibi Panormitanum attendendum esse ad verba præceptorum, & sacrorum canonum, quibus precipitur ieiunium, & videndum, an sint præceptiua, & clarè, & dilucidè inductiua peccati mortalis, & ibi nihil definuisse Panormitanum in hoc puncto, at in nu. 5. vbi tractat hanc materiam circa esum ouorum, expressè asserere, peccatum lethale esse, illa edere in Quadragesima, & illo esu ieiunium frangi, tacuisse tamen Collasum in suo tractatu hunc locum prædicti num. 5. quia contra illum faciebat.

77. Ad hanc rem, duo respondeo. Intentum Collasi in eo loco fuisse debere præceptum ad hoc, vt in cõscientia liget sub mortali, esse clarum, & distinctum, debereq; continere expressa verba, quæ non videbantur in prædicto capite *Denique*, dist. 4. Vnde prædicti aduersarij hanc obligationem culpæ mortalis deducebant, & hoc, quod scilicet verba legis debeant esse clara expressè ait Panormitanus in prædicto n. 12. Quare ad intentum Collasi fideliter fuit ab eo in eo numero Panormitanus allegatus; tacuit autem Collasus doctrinam Panormitani numero, 5. traditam, quia nihil tunc de eo puncto agebat, solum enim tunc proposuerat sibi hoc punctum probandum: & idcirco ad suum intentum fideliter ab eo fuit allegatus.

78. Respondeo secundo, nec etiam dicto num. 5. quo loco Domini aduersarij Panormitanum pro se allegant, illum clarè, & distinctè asserere abstinentiã ouorum in Quadragesima obligare sub culpa lethali: ille enim. bi referens opinionem Innocentij ita ait. *Innocentius hic dixit, quod extra ieiunium Quadragesimale non est frangere ieiunium* (intellige per esum ouorum, de quo agebat) *secus in Quadragesima, & foris hoc vult dicere, quia caput Denique, quod facit mentionem de istis lactinijs loquitur de ieiunijs Quadragesimalibus; nam in alio ieiunio nullus textus specificè disponit, sed transeunt Doctores. Sed vide notabile dictum Archidiaconi, post Diuum Thomam in capite Rogationes. dist. 3. vbi dicit, quod extra Quadragesimam, possumus licitè uti lactinijs. quando hoc habet consuetudo, & placuit mihi opinio hæc, quia vt prædixi dictum caput Denique, solum loquitur in Quadragesima.*

79. Hæc sunt verba Panormitani in prædicto num. 5. in quibus solum refert opinionem Innocentij, & sequitur opinionem D. Thomæ 2. 2. q. 147. art. 8. ad 3. & Archidiaconi, qui solum aiunt esse illicitum in Quadragesima edere oua, & lactinia, & non declarant, an sit illicitum sub mortali, an sub veniali, quia D. Thomas ibi solum hæc verba ait. *Vnde princip: ius interdicitur* (intellige carnes, de quibus loquitur) *quam oua, & lactinia. Et infra, & idè in quolibet ieiunio interdicitur esus carniũ, in Quadragesimali autem interdicitur vniuersaliter etiam oua, & lactinia.* Interrogo ego modò sapientissimos arguentes, vbi hic in his verbis dicit D. Thomas esse pecca-

peccatū mortiferū edere oua in Quadragesima, ille enim tantū hæc verba ait, & nulla ampliùs addit. Respondent, id dicere D. Thomam quando dixit, esse carnes principalis prohibitas, quæ in oua, & lactinia. Benè quidem, sed animaduerturi erant, solū dixisse D. Thomam carnes esse principalis interdictas, in quo significat oua etiā esse prohibita, quia à carnibus trahunt originem, sed minus principaliter, hoc est, minori pœna, & consequenter pœna peccati venialis, iuxta sensum supra sæpe explicatum; neque enim in Diuo Thoma inueniuntur verba, in quibus expressè eo loco dicat, harum rerum esum esse mortiferum.

80. Allegauit denique Pater Collassus pro nostra opinione Medinam nu. 67. allegato: vbi ait Medina ad intentionem potius legislatoris, quàm ad verba legis attendendum nobis esse, vt sciamus an leges, & præcepta sub mortali obligent: deinde attendendum esse ad materiam legis; deinde ad verba ipsius legis, an sint præceptiua, nec ne; & verò cum intentio Summi Pontificis non fuerit obligare sub peccato mortali ad abstinentiam ouorum, & lactiniorum in Quadragesima, vt explicauit Glossa in verbo *Par*, cum dixit *Par est*, id est, *æquum, & iustum est*. Et Gratianus ibi cum referens omnes quæstiones Summo Pontifici ab Augustino Anglorum Episcopo propositas, in quibus hæc de ouorum abstinentia continebatur, dixit. *Hæc transgressionis reos non arguunt*, vt explicauimus cap. 2. nu. 12. & deinceps. Et Palatius super Caietanum, cum ait. *Et illicito. pero no mortal*, cum etiam materia fuerit leuis iuxta iudicium, ac testimonium omnium Doctorum vtriusque Vniuersitatis Conimbricensis, & Eborensis: & cum verba iuris in prædicto capite *Deniq;* dist. 4. non sint clara, & distincta; hinc optimè intulit Pater Collassus in suo tractatu iuxta hanc doctrinam Medinæ dicendum necessario esse ouorum abstinentiam non obligare ad mortalem culpam in ieiunijs Quadragesimæ, atque ad eò Medinam hanc quoque doctrinam Lusitanorum tenuisse. Vnde immeritò Domini arguentes asserunt auctorem tractatus falsò Medinam allegasse.

81. Tandè quia ipse Collassus ait in suo tractatu non esse tot numero Doctores, qui dicant, hoc esse mortale, nec tam grauium; comparatione eorū, qui asserunt id esse tantū veniale; enumerant omnes suos Doctores, & tanquam antesignarū, ac duces enumerant D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 8. ad 3. Sed D. Thomas nec ibi nec alibi quod sciam, id dicit expressè, iam enim vidimus, quid ille ibi dicat, & quanuis multos referant pro se, non arguant numero, nec literis, nec grauitate, & auctoritate Doctores omnes vtriusque scholæ Conimbricensis, & Eborensis, & totius Lusitanæ, de quibus loquebatur Pater Collassus, quos infrà referemus, & si non omnes, neque enim ad vitandam molestiam id duximus necessarium.


82. Hæc sufficiant ad ostendendam iustitiam huius opinionis Lusitanorū: si tamen adhuc asserant non fuisse à me propositam Illustrissimis Prælati, & sapientissimis Doctoribus, & duabus vniuersitatibus Lusitanæ, eodem modo, quo illa impressa cernitur in meo libro, & ab illis fuit subscripta, & approbata. Respondeo illos penè omnes vidisse illam prius quàm eam approbauerint: sed ad vitandum huiusmodi dissidium, vt supra dixi, scædus ineamus, ego auferam illam, quæ in meo libro inscripta est, & loco illius inferam eam, quæ fuit proposita illustrissimis Prælati, & viris doctissimis Lusitanæ quæque ab omnibus subscripta fuit. Et sic hæc contentiones finiemus.

Sub C. Salmant. in Regio Societatis Iesu Collegio, die 4 Ianuar. anni 1630.

*Stephanus Fagundes.*



Sequitur subscriptiones, & approbationes illustrissimorum Prælatorum, qui hac de re in Lusitania fuerunt consulti, & Academiarum Conimbricensis, & Eborensis, & insignium Doctorum Lusitaniæ.



**Q**VÆ Pater Stephanus Fagundes è Societate IESV de ieiunio circa intellectum capitis *Denique*, dist. 4. dixit in quodam tractatu, cui titulus est *Liberas*, &c. qui nobis ostensus fuit in hoc regio Coenobio de Thomar, non solum omni censura caret, sed approbanda sentimus, ex eo, quia in dicto cap. *Denique*, niagis exhortatio, & conuenientia, quam præceptum continetur (vt ipse bene notauit) quapropter consuetudo, quæ optima interpres est, obtinuit, vt quemadmodum mandatū ieiunij non obligat sub mortali clericos à die Quinquagesimæ, de quo agit dictum caput *Denique*: sic nec prohibitio ouorum, & lactiniorum, ideò multis in locis huius Regni Lusitanie vsu ouorum, & lactiniorum licitum fecit consuetudo. Quare licet opinio contraria communior sit; istam tamen probabilem, & iuri consonam iudicamus, quia in dicto capite *Denique*, ubi hæc abstinentia præcipitur in Quadragesima, nulla fit mentio, vt diximus, de præcepto ieiunij, nec ratione ieiunij id præcipitur, sed tantum dicitur. *Par est, vt qui à carnibus abstinemus, ab his, quæ sementiam carnis trahunt originem, ieiunemus.* Et ita in Dominicis Quadragesimæ, ibi præcipitur quoque huiusmodi ouorum abstinentia, cum tamen tunc non ieiunetur, atque pueri, & omnes alij à ieiunij præcepto excusati tenentur tunc à lactinijs abstinere. Vnde bene sequitur, se mota consuetudine, solo iure canonico inspecto, hanc ouorum, & lactiniorum abstinentiã, non esse de ratione ieiunij. Nabantiæ die 28. Iulij, anno 1620.

*Iudicium Illustrissimi Episcopi Portalegre sss.*

*Fr. P. Episcopus Portalegrensis.*

**S**ententiam sapientissimi, ac religiosissimi Patris Stephani Fagundes in hoc tractatu contentam approbando in iure communi, ex consuetudine enim potest esse mortale oia edere, & lactinia in Quadragesima, vt ipse notauit. Ebore primo die Septembris, anno 1629.

*Iudicium Reverendissimi Episcopi Fessensis sãcte Inquisitionis Consultoris Archiepiscopus Prætoris.*

*D. F. Emmanuel Episcopus Fessensis.*

**O**pinionem doctissimi Patris Stephani Fagundes Societatis IESV, circa esum ouorum, & lactiniorum in ieiunijs Quadragesimæ censeo omnino contrariæ præferendam immunem omni censura, attentis illius fundamentis, quæ consideratè legimus. Et miror esse aliquos viros doctos, qui eã velint censura aliqua perstringere.

*D. Apollinaris ab Almeida Episcopus Nycea.*

*Iudicium Reverendissimi Episcopi Nycea. Illustrissimi Archiepiscopi Prætoris.*

**H**anc opinionem illustrissimus, & sapientissimus Dominus. D. Rodericus à Cunha Archipræful Bracharensis omnino approbavit, licet peculiari ex causa non subscripserit, vt patet ex quodam epistolio eiusdem illustrissimi Domini ad me missò, quod ita habet. *Remitto vestra Paternitati tractatũ: uno istum, qui mihi visus est satis doctus, & bene concinnatus, & si essem Doctor particularis, vt aliquando fusus, illi libenter subscriberem, eo vel maxime quia Covarruvias, & Vivaldus in tertia parte sui Candelabri in quæst. de Ieiunio num. 18. negant textum capitis Denique dist. 4. esse Dni Gregorij: at tamè dignitas, quam hodie represento, mihi impedimento est, subscribere dissententibus similibus, quãvis sint tam bene ordinata, ac ista vestra Paternitatis est.*

*Rodericus Archiepiscopus Primas.*

F

Super

**S**uperioribus annis de hac opinione interrogatus, respondi nihil inuenisse in iure canonico, in quo asserere cogeret abstinendum esse sub morali in ieiunio Quadragesimæ ab ouis, & lacticijs, & quod licet plures id colligant ex capite *Denique dist. 4.* ex illis verbis, *Par autem est, &c.* sufficienter explicari cum Glossa à sapientissimo Authore in fauorem suæ sententiæ, pro qua non desunt rationes, quas ipse optime, & copiose expendit, & ideo hanc eius opinionem probabilem iudicavi. Cui postea accessere magni nominis, & authoritatis viri vtriusque scholæ Eborenfis, & Conimbricensis, quapropter nunc in eadem persisto sententia, & illi firmius adhareo, & communem omni censura iudico, quia re magis considerata ab omnibus ferè in hoc regno approbati video. Conimbricæ die 16. Iulij. 1629.

Sub C. D. D. *Andreas ab Almada* Primarius Magister, & emeritus professor Theologiæ in Academia Conimbricensi.

**I**n hoc Regno Lusitanix apud omnes ferè Doctores, & Præceptores huius Academiæ Eborenfis, & nostræ Conimbricensis verior, & receptor est doctrina, & resolutio præstita à sapientissimo, & religiosissimo Authore, & ideo cum ab omnibus approbata, & recepta sit, iniustam iudico omnem censuram illius, ob fundamenta ab eo maximo studio, & labore, & ingenio adducta, quamobrem illi libentissimè adhareo, vt etiam annis præteritis in simili tractatu ad hæsi. Conimbricæ sub C.

*Ego D. Iacobus Mendez Godimbo*, Decreti Cathedræ moderator, & nunc Primarius in iure Canonico Decanus.

**E**x eleganter dictis, & adductis in hoc tractatu incipiente *Liberat*, per sapientissimum, ac religiosissimum Magistrum eius sententiæ adhareo, & omnem illius censuram censeo iniustam, inò iudico hanc opinionem esse laudabilem, & in praxi securam. Sub C.

*D. Antonius Laurentius*, Primarius iuris Cæsarei professor, Catholiciæ Maiestatis Consiliarius, & Senator.

**D**octrinam sapientissimi, & reuerendissimi Patris Stephani Fagundes Societatis IESV super esum ouorum, & lacticinorum non semel approbavi, sed sæpè vidi, perlegi, & securissimam iudicavi, omni censura indignam, & omni laude, & approbatione dignissimam. Nunc Apologiam eiusdem doctrinæ ab eodem sapientissimo Authore vidi. Vna, & altera tanti viri sapientiam, & religionem clarissimè referunt, inò insignem, & præclarissimam modestiam, quia iuste prouocatus, contra mordaces calumniatores, non irascitur, sed leni stylo, fortissimis verò fundamentis, dum se liberat aduersarios confundit, qui maximæ notæ rei facti sunt, dum opinionem in vtraque Lusitanix Academia omnium calculis approbatam temerariam, & scandalosam dicunt. Conimbricæ in sacro Collegio D. Petri 22. Augusti 1629.

Sub C. D. *Marçal Casado Iacome*, Iustiniani Codicis professor, sive iuris ciuilibus primariam regens Cathedram, Rector Collegij D. Petri, Regius Senator.

**D**octissimi Patris Stephani Fagundes sententiam circa esum ouorum, & lacticinorum iam sæpè fui amplexus, quam iuris principijs magis conformem, ac timoratis conscientijs viliorem semper iudicavi, & in hoc Regno Lusitanix magis secutam. Nunc ipsius Apologiam similiter doctissimam recognosco, dignamque tanto viro, & in hoc opusculo tam modesto, vt merito apud omnes semper haberi debeat in exemplum. quod de se erat sufficiens ad inuidorum morsus secludendos, vt contingere spero. Conimbricæ in Collegio Diui Petri die 22. Augusti. 1629.

Sub C. D. *Ioannes de Carnalho*, Clementinarum Cathedræ moderator.

**I**am semel approbavi opinionem doctissimi, nec non religiosissimi Patris Stephani Fagundes e Societate IESV, quæ defenditur in suo tractatu, qui inscribitur *Liberat*, circa esum ouorum, & lacticinorum, quam iterum affirmo esse probabilissimam, item etiam probabiliorem, & laudabiliorem contrariam, temerariumque iudico, & scilicet

Iosum, posse à viris doctis temerariam iudicari, scandalosam, aut malè sonantem, quin illam amplector tanquam maximè tutam, iuri, & rationi consonam, omni quæ censura liberam, proindeque dignissimam, vt typis mandetur. Conimbricæ in Collegio D. Petri 21. Augusti 1629.

Sub C. D. *Franciscus Gomez* sacrarum Canonum professor.

**D**octrinam sapientissimi Patris, ac religiosissimi Magistri Stephani Fagüdes circa ouorum, & lacticiniorum esum, iam semel approbavi, nunc tanquã veram, & iuris dispositioni magis conformem, eam neque temerariam, neque scandalosam dici posse certissimè affirmo, miror quæ doctos viros temeritatis nota in sententiam hanc insurgere, ipsosque potius dicerem temerarios, cum in rem à tot, tantisque viris probatam, & laudatã, scandali nomine ex candescant, cum potius ad tollendos multorum scrupulos sententia hæc religioni, ac diuino Dei obsequio vtilissima sit: sic censeo, sic iudico. Conimbricæ in Collegio D. Petri die 27. Augusti anno 1629.

Sub C. D. *Antonius Leitão Homem*. Sacrum Canonum Cathedricus.

**H**anc doctrinam sapientissimi, ac religiosissimi Patris Stephani Fagundes iam semel approbavi, & iterum approbo, & semper approbabo, & veriori reputo oppositã, ob illius fundamenta, & rationes à tanto viro solidissimè, & diligentissimè adductas, quare (vt quod sentio fatear) miror esse viros doctos, qui opinionem hanc vel in simulare, vel censurarum notis velint afficere, cum omni laude dignissima sit, & solidissima habeat fundamenta. Conimb. in Collegio D. Petri, die 23. Augusti 1629.

Sub C. D. *Stephanus Fuzeiro de Sande*. Regius Senator.

**D**octrinam sapientissimi, ac religiosissimi Patris Stephani Fagundes circa ouorum, & lacticiniorum esum in ieiunijs Quadragesimæ veriorẽ semper iudicavi, & iuris principijs magis consonam, & iterum iudico, ob solidissima fundamenta, & rationes, quibus nititur, & omnem illius censuram indignam censeo, iniustam, & iniuriosam. Conimb. in Collegio D. Petri 24. Augusti anno 1629.

Sub C. D. *Doct. Stephanus de Miranda*. Imperialis iuris Magister, ac professor.

**S**ententiam hanc & si tantis Patribus contrariam pro sapientissimo auctore, licet vnicus foret, probabilem iudicarem, sufficere quæ ad euendã lethalis censuræ notam nunc vero tot insignium virorum auctoritate fulciram, valde probabilem, certam, & omni censura indignam censeo, libentissimè quæ ei subscribo. Conimb. in Regio Collegio Diui Pauli, die 16. Iunij anno 1629.

Sub C. D. *Pantaleon Rodericus Pacheco*. Sacrorum Canonum professor, sanctæ Inquisitionis Consultor, Canonicus Conimbricensis.

**V**idi opinionem sapientissimi Patris Stephani Fagundes Societatis IESV, quæ asserit non esse peccatum mortiferum oua edere, & lacticia in ieiunijs Quadragesimæ ex vi iuris communis, & seclusa consuetudine Regnorum, & Prouinciarum, quæ quidem solidissimè in iure, & ratione fundata, & confirmata est consensu tot insignium virorum, literis, sapientia, & religione, zelo animarum, & conscientiarum gubernandarum dexteritate præcellitium, vt illam tam propter momenta rationum, quibus nititur, quam propter sapientissimorum Doctorum, & Prælatorum auctoritatem, & vtriusque Academia huius Regni iudiciũ, ac calculum, quo confirmatur, non solum iudicem probabilem, sed etiam probabiliorẽ oppositã, quæ asserit id esse peccatum mortale, ac ideo omni censura liberam. Nec video præiudicium aliquod, quod afferre possit emulumentis sanctæ Cruciatæ respectu veritatis, & auctoritatis, quæ tot tantisque Prælati, Magistri, & viris doctissimis huius Regni debetur.

Sub C. D. *Sebastianus Tinoco*. Doctor Theologus, sancti Officij Inquisitor, Commissarius Generalis sanctæ Cruciatæ in tractu Eborensi, Canonicus Eborensis.

Sen-

**S**ententia sapientissimi, ac religiosissimi viri Stephani Fagundes contentam in hoc tractatu, cui titulus est, *Liberas, &c.* verã iudico, immunem omni censura, propter eius fundamenta, & id iam etiam iudicavi, & ideo libentissime subscribo. Nabantiæ vbi nunc ad illustrissimorum Prælatorum conuentum sum vocatus die 28. Iulij 1629.  
Sub C.D. *Godicalus Aluo Godinho.* Sexti Cathedræ, nunc substitutus.

**S**ententia doctissimi Patris Stephani Fagundes, quæ afferit vesci ovis, & lactici nijs diebus Quadragesimæ non esse peccatum mortale ex vi capitis *Denique*, dist. 4. iurisque communis cenfeo non solum tutam, sed oppositã multo probabiliorem, quam & verbis non semel docui, & scriptis defendi, imò, & Apologiam aliquando pro illa textui, & pro Auctore, qui satis cuatè, & doctè suam propositionem in suo libro limitat attentò iure. Nam certe in iure nullum verbum præceptiuum video, nec dum peccatum mortale inducens. Secundo, quia loquitur attenda consuetudine Regnorum, & Prouinciarum, & verissimè resolui vbi consuetudo est, non vescendi ovis, & lactici nijs, illamque legitimam esse constiterit, mortale esse, illa comedere, è contrario verò, vbi est consuetudo illis in Quadragesima vescendi, non esse peccatum, quod verum foret, etiam si ius commune expresse, & strictè id sub mortali præciperet, quia per contrariam consuetudinem legitimam legibus etiam canonicis derogatur. Totam igitur doctrinam sapientissimi huius Auctoris in hoc tractatu contentam. approbo, amplector, & cenfeo iniuriosos censores esse illos, qui illam nota aliqua velint afficere, quia cõmunis consensus Doctõrum, & Magistrõrum huius Regni Lusitanie illam approbat. Nabantiæ vbi per id temporis ad illustrissimorum Prælatorum conuentum sum vocatus, die 28. Iulij anno 1619.

Sub C.D. *Ioannes de Mattos.* Academie Eborensis Primarius Theologie præceptor.

**S**clusa consuetudine, quæ in aliquibus Prouincijs strictiorem obligationem induxit, valde probabilem iudico eorum sententiam, qui afferunt, non esse mortalem culpam in Quadragesimali ieiunio ovis, & lactici nijs vti, quamobrem iniuriosam erit censor, qui doctrinam Patris Stephani Fagundes, improbabilem, aut scandalosam, temerariamque iudicauerit, aut nota aliqua dignam statuerit, cum auctoritate grauissimorum Doctõrum, & solidissimis fundamentis, ac rationibus fulciatur. Olysi pone in domo Diui Rochi.

Sub C.D. *Iacobus de Areda* olim Primarius sacra Theologie professor nunc emeritus.

**S**ententiam, quam doctissimus Pater, & Magister Fagundes in hoc tractatu explicat, & defendit circa esum ouorum, & lactici niõrum tempore Quadragesimæ, iam iterum approbavi, & nunc denuo probo propter fundamenta, & rationum momenta, quibus late, & dilucidè eam probat, & confirmat, ideoque iniuriosa censura liberam iudico. Conimbricæ apud Collegium Sancti Patris Benedicti.

Sub C. D. *Frater Leo à Dino Thoma.* Cathedraticus Theologie Academicæ Conimbricensis, & in toto Regno Lusitanie Ordinis Diui Benedicti Generalis.

**S**ententia, quam religiosissimus Pater, & Magister Stephanus Fagundes in hoc tractatu amplectitur, & defendit circa esum ouorum, & lactici niõrum tempore Quadragesimæ, probabiliorem iudico, propter fundamenta, & auctoritates, quibus securè nititur, eamque, vt talem iam saepe docui, & in solitis concertationibus huius Collegij publicè defendi, & nunc re denuo pensata magis probo, quam contrariã, & miror esse aliquos viros doctos, qui iniuste eam velint censuræum notis inculcare. Conimbricæ apud Collegium Diui Benedicti.

D. *Fater Paulus à Natiuitate.*

**S**ententia, quæ à religiosissimo Patre, & sapientissimo Magistro Stephano Fagundes in hoc tractatu defenditur, solidissimis fundamentis stabilitur, & ita est iuri, & rationi consentanea, vt meritò, à tot insignibus Doctõribus, eius oppositæ præferatur, & probabilior iudicetur, quod ego etiam iudico, cenfeoque esse tutam, non solum spe-



speculatiuè, sed etiam practicè loquendo, & liberam omni iniuriosa censura, imò grandioribus laudum notis dignissimam iudico, Conimbric. apud Collegium Diui Benedicti.

Sub C. D. *Frater Antonius Carneiro*. In eodem Collegio Primarius Theologiz Professor, & in re literaria moderator.

**S**emel iam perlegi tractatum à sapientissimo, & religiosissimo Patre Stephano Fagundes compositum, cui titulus est *Liberat, &c.* in quo auctor semper sui similis.

*Sciuit enim iustum gemina suspendere lance  
Ancipitis libræ.*

De opinione, quæ defenditur in dicto tractatu circa esum ouorum, &c. primò interrogatus, breuiter iudicauit esse speculatiuè probabiliorem, quam oppositam, & mihi omnino veram. Deinde etiam in praxi esse maxime tutam, adhibitis moderationibus, quas Author prudenter apponit, de consuetudine Prouinciarum, &c. Et consequenter iudicauit non solum non esse dignam aliqua censura, sed esse omnino præferendam, & docendam, vt iuri, & rationi magis consentaneam. Ac tandem sequendam in praxi, nec esse locum dubitandi, etiam valde scrupulosi, ac timoratis.

Mirandum verò est, quod alicuius notæ Doctores (nisi fortè ducantur affectu potius, quam ratione) dictam sententiam, vt fertur, varijs censuris afficiant. Non igitur est temeraria, imò grauissimæ autoritatis pondere, rationum momentis, consuetudinis legitimæ approbatæ calculo prudentissimè stabilita. Non est ergo scandalosa, seu occasio lapsus, imò maxime tuta, & valde secuta, & sine periculo peccandi mortaliter, vt docet.

Non malè sonans, seu piarum aurium offensua, si sint aures prudentes, & doctrina sufficienter instructæ, quas tantum respicit bonarum opinionum consonantia, non maleuclæ, vel ignorantes, vt tradi solet 2.2.q.11.art.2. apud D. Thomam, vbi Lorca disp.40.nu.16.

Non parùm cohærens, imò semper in iisdem principijs persistit. Quæ omnia libentissimè, & euidenter probarem, nisi sapientissimus, & religiosissimus Author hoc elegantissimè, & solita eruditione præstaret.

Quapropter meum iudicium semel datum iterùm censeo confirmandum, ac proinde existimo dictam opinionem non solum liberam omnino esse ab omni censura, sed esse etiam longe probabiliorem, quam oppositam, & mihi veram, & ideo præferendam, vt iuri, & rationi magis consentaneam, ac proinde sine aliquo periculo doceri, & sequi potest in praxi. In Collegio Canoniorum Regularium Sancti Augustini. Conimbr. Sub C.

D. D. *Gaspas* sacræ Theologiæ Primarius Magister emeritus.

**Q**antum valui attentè legi, & perpendi præcedentem tractatum inscriptum *Liberat, &c.* in quo tractatu idem sapientissimus Author, ac reuerendissimus Pater Magister Stephanus Fagundes facundo, ac merito coronando ingenio, & stylo intendit ostendere opinionem suam circa esum ouorum, & lactiniorum in Quadragesima liberam esse ab omni censura, videlicet, nec scandalosam, nec temerariam, nec malè sonantem, aut cohærentem quibus notis talis opinio ab aliquibus auctoribus in Castella dicitur affecta. Itemque ostendit idem sapientissimus Magister aduersariorum prædictas notas iniuriosè inuentum fundamenta euertere, atque subruere, & sanè, vtrumque plenissimè, & planissimè præstat idem sapientissimus Pater Magister in hoc tractatu, & in altero, quod iam approbati. In primis enim in prioris aggressio- nis parte, vel potius iustissimæ huius saxe defensionis concludit opinionem suam à prædicta censura, & notis omnino esse liberam: Deinde in posteriori parte ea fundamenta, quæ ab aduersarijs in contrarium opponuntur, vel opponi possunt; ita subruit, vt si velint sapere, vt oportet, oporteat eos iam modo doctrinæ saxe acquiescere, nec velle iterùm ad certamen redire. Tantum ergo abest, vt prædicta opinio censura aliqua notari possit, vt potius iure censenda sit, non solum admodum probabilis, sed

G etiam

etiam verior, quam eius opposita, vt concluditur in fine tractatus, quam resolutionem abunde concludere, & conficere videntur ea, quæ sapientissimus Pater, & Magister cap. 1. num. 6. & cap. 5. num. 38. inducit, & generaliter, ea, quæ in toto tractatu proponit, atque deducit, tanta eruditione plena sunt, vt aliquid addere ad rem, nec sit necessarium, nec etiam facile id esse videatur, ita iudico.

Conimbricæ in Collegio D. August. Ordinis Canon. Regular. die 21. Augusti, anno 1629.

Sub C. *D. Dominus Paulus a Pietate*, Sacræ Theologiæ professor.

**P**E legi superiorem tractatum conscriptum à sapientissimo, & religiosissimo Patre Stephano Fagundes, cui titulus est, *Liberat. &c.* Authoris opinio in eo contenta circa esum ouorum, & lacticiuorum in ieiunio Quadragesimæ, non solum est mihi vera, & speculatiue probabilior, quam eius opposita, sed etiam practice certa; & in praxi docendam, ac sequendam existimo absque aliquo peccandi periculo; tum propter Auctores, quos habet graues, & plurimos, & momenta rationum firmiora, quibus ipsa stabilitur, tum etiam propter limitationem de Prouinciarum consuetudine legitime approbata. Ex quibus titulus probabilitas opinionum, & securitas operandi in qualibet materia morali desumitur, iuxta regulas iuris, & principia Theologiæ. A censuris vero quibus prædicta opinio ab aliquibus Doctõribus dicitur affecta, eam censeo prorsus liberam, & immunem, ac proinde, nec dici posse temerariam, vel scandalosam, vel male sonantem, aut parum coherentem cum à Prælati grauisimis, ac viris doctissimis, & timoratis in praxi sequatur; cumque in omnibus dum procedit ipsi dem principijs, iuri, & rationi maxime conformetur, prudentum, & sapientu auribus bene sonet, quos pro ipsa allegat sapientissimus, & religiosissimus Author, cuius auctoritas inter primas sapientiæ merito ab omnibus in nostra Lusitania commendatur. Quare dictam opinionem, vt mihi veram, & practice certam ab omni censura immunem, & oppositæ omnino præferendam duplici iudicij calculo à me approbatam semel & iterum confirmo. Conimbricæ in Regali Monasterio Sanctæ Crucis Canonicorum Regularium Sancti Augustini, die 25. Augusti anno 1629.

Sub C. *Dominus Georgius*, Doctõr in sacra Theologia.

**T**Ractatum præcedentem, cui titulus *Liberat. &c.* latino idiomate à sapientissimo, & religiosissimo Patre Stephano Fagundes concinnatum attentè perlegi, ipsiusque authoris opinionem circa esum ouorum, & lacticiuorum in Quadragesima accuratè libraui, atque examinaui, & non solum ob magnam Doctõrum auctoritatem; sed etiã ob rationum pondera, quibus author eam corroborat censeo, ac verè iudico eam esse ab omni prorsus censura liberam, atque vllius scandali, vel malè sonantiæ obumbratione immunem. Vnde miror non nemini talem doctrinam adeo esse suspectam, vt ei litem intendat: Atque nescio quo animo, & fundamento, temerariam, scandalosam, non bene sonantem, sibi que non coherentem sua censura audeat exhibere; cum non videam cur pura hæc doctrina, quam commune rectè theologantium suffragium recipit, præsertimque omnes Doctõres Lusitani, denso agmine defensant, nauseam prouocet, cum potius, vt verè aurea, ac colophonio calculo comprobanda, sit oppositæ opinioni præferenda. Ita iudico sub censura.

Conimbricæ in Collegio Sancti Augustini, die 27. Augusti, anno 1629.

Sub C. *D. Ioannes à Plagis*, Sacræ Theologiæ Vesperarius.

**A**Tento iure communi in quo non videntur sub mortali prohibita oua, & lacticia in Quadragesima, adeo probabilis est sententia hoc asserens, vt sine nota possit oppositæ præferri propter fundamenta doctissime adducta, & auctoritatè vtriusque Academiæ huius Regni Lusitaniæ, tum quia fauorabilior est, & ad vitandos scrupulosæ conscientiæ laqueos accommodata. Conimbricæ. Sub C.

*D. Fr. Emanuel de Lacerda*, Professor Theologiæ in Academia Conimbricensi, & in tota Lusitania Prouincialis,

Stando

**S**Tando in iure communi probabilissimam iudico sententiam affirmantem non esse peccatum mortiferum oua, & lacticia edere in Quadragesima, quicquid sit, de consuetudine, de qua mihi non constat qualis sit in Regno Castellæ. Conimbricæ in Collegio Sanctæ Mariæ de Gratia. Sub C.

*D. Frater Franciscus à Fonseca, Professor Theologiæ, Cathredaticus Scoti.*

**O**pinionem doctissimi Patris Stephani Fagundes Societatis IESV de ouorum & lacticiniorum esu tempore Quadragesimæ iudico probabilissimam ex illius fundamentis, & omni censura immunem, quam omnes viri docti huius Regni tenent, & in hoc Regno contrarium dicere inauditum. Conimbr. in Collegio Sanctæ Mariæ de Gratia. Sub C.

*Magister Frater Michael de Sousa, Theologiæ Doctor Salmanticensis, Rector Collegij.*

**O**pinionem de esu ouorum, & lacticiniorum in tempore Quadragesimæ contentam in hoc Tractatu sapientissimam, ac reuerendissimi Patris Fagundes ex illius fundamentis iudico probabilissimam, & oppositam, quæ asserit id esse peccatum mortale omnino præferendam, & indignam omni censura, imo laudabilem, & quæ ab omnibus viris doctis amplectatur, præsertim cum ab utraque huius Regni Academia, & serè ab omnibus viris doctis huius Regni Lusitanæ, tanquam rationi, & iuris Canonici dispositioni conformior teneatur. Conimbricæ. Sub C.

*D. Fr. Gaspar à Regibus, Collegij Carmelitani Regens, & sanctæ Inquisitionis qualificator.*

**V**Idi totum hunc tractatum, & opinionem sapientissimi Patris Stephani Fagundes Societatis IESV, in quo asserit ex vi iuris communis non esse plusquam veniale oua edere, & lacticia in ieiunij Quadragesimæ, & iudico hanc opinionem esse indubitatam, iuris communis dispositioni magis conformem, solidis fundamentis stabilitam, & à tot tantisque Prælati doctissimis huius Regni approbatam, & vsu & praxi huius Regni confirmatam, ut non solum indignam omni censura censeam, sed multò probabiliorem oppositam, quæ asserit id esse peccatum mortale. Sub C. in Collegio Carmelitano Conimbricensi.

*D. Frater Albertus à Conceptionis, Professor Theologiæ Vesperarius.*

**D**octrinam, quæ continetur in hoc tractatu de esu ouorum, & lacticiniorum, veram approbo, & licet non haberet solidiora fundamenta, & tot, tantosque sapientissimos Doctores pro se, adhuc ut certam tenerem, propter religionem, sapientiam, & virtutem sapientissimi Authoris, quam veneror, & quæ in præsentis tractatu splendescit. Conimbricæ. 10. die Iulij anno 1629. Sub C.

*D. Ludovicus Delgado de Abreu, Institutionum Iustiniani professor, & nunc Digestor. veter. Cathedræ moderator.*

**O**pinionem hanc iam iterum firmaui, & liberam iudico omni censura tum propter solidissima fundamenta quibus nititur, tum propter tantorum virorum, & Prælatorum auctoritatem literis præcellentium, quare non video cur à viris doctis de re tam clara dubitetur. Conimbricæ die. 1. Septembris anno 1629.

Sub C. *D. Balhasar Aluarez, Emeritus Primarius, & olim Cancellarius in Academia Eborensi, sancti Officij Librorum censor.*

**E**st probabilissima opinio sapientissimi Patris Stephani Fagundes asserens de iure communi non esse prohibitum sub mortali in Quadragesimali ieiunio vesci ouis, & lacticiinis: est que etiam hæc opinio hodie inter Doctores recentiores communior. Nititur enim probabilissima, imò pæne certa explicatione textus capituli *De iei.* dist. 4. & rationibus optimis, & solidissimis, neque loquitur de consuetudine contraria in aliquibus Prouincijs legitimè introducta: ac proinde sententia, quam sapientissimus hic Author tradit in suo tomo in quinque præcepta sanctæ matris Ecclesiæ lib. 1. quar ti præcepti, c. 2. nu. 12. & in hoc tractatu defendit nullo modo censura aliqua, nisi iniur tissima dampnari potest. Eboræ in Collegio Societatis IESV. Sub C.

*D. Stephanus do Couto*, Professor emeritus primæ Cathedræ Theologiæ,  
& Academiæ Eborensis nunc Cancellarius.

**O**pinio sapientissimi Patris Stephani Fagundes de esu ouorum, & lacticiinorum, quæ asserit de iure communi, & seclusa consuetudine alicuius Regni, aut Prouincię hæc edere in Quadragesima, esse tantum peccatum veniale, non solum in practica est tuta, & probabilis, sed etiam multo probabilior, quam opposita, quæ docet id esse peccatum mortale, quod ipse ex principijs iuris optimè, & copiosè ostendit in duobus tractatibus, quos ego iam approbavi, & iterum hunc approbo, & illam ex iisdem fundamentis, quibus illam sapientissimus hic author confirmat, veram iudico, tutam in praxi, & omni censura (si iusta sit) immunem, quam proinde in hoc Regno Lusitaniz omnes iuris Canonici interpretes sequuntur. Sub C.

*D. Sebastianus do Couto*, Primarius Theologiæ professor in Academia  
Eborensi emeritus.

**D**octrinam huius Tractatus sapientissimi Patris Stephani Fagundes de ouorum, & lacticiinorum esu tempore Quadragesimæ, verissimam iudico, & semper iudicavi, & iam sæpè in alijs tractatibus huius sapientissimi viri approbavi, ex iisdem iuris principijs, authoritatibus, & rationibus, quibus ille nititur, & solum illi, vt puto, eam iniustissimis censuris afficient, qui veritatem nolunt intelligere. Eamque ego ipse tam in Academia Eborensi, quam Olysiptonenfi quondam docui, & modo illi firmiter adhæreo, propter solida fundamenta huius Authoris, & iudicium vtriusque Academiæ huius Regni Lusitaniz. Sub C.

*D. Baptista Fregefosus*, Primæ Cathedræ Theologiæ moralis emeritus professor.

**O**pinio hic à sapientissimo Patre Stephano Fagundes explicata, & solidissimis rationibus confirmata semper mihi visa fuit non solum ab omni immunis censura, sed etiam oppositâ valde probabilior, quapropter non video cur timendum sit, quod vel bonis moribus, vel prouentibus Cruciatæ obesse possit, & quanuis his prouentibus modo al' quo obesset, quod non video, vt egregie sapientissimus hic author probat, deberet veritas præualere apud viros doctos, qui rem literariam sciunt expendere, quapropter libenter subscribo. Eboræ in Collegio Societatis IESV.

Sub C. *D. Ludouicus Rodericus*, Vesperarius Theologiæ Magister  
in Eborensi Academia

**O**pinio doctissimi Patris Stephani Fagundes, est tot, tantorumque Doctorum, & Prælatorum auctoritate fulcita, tam solidis rationibus, & fundamentis stabilita vt res dura videatur, ne dicam audacia, vel temeritas, eam iniuriôsè censuræ temeritatis, scandali, aut malè sonantiæ notis velle afficere, quapropter illi libenter subscribo, vt iam subscripsi. Eboræ in Collegio Societatis IESV.

Sub C. *D. Petrus de Moura*, Secundus Vesperarius Theologiæ Magister.

Vidi totum hunc tractatum à sapientissimo, & religiosissimo Patre Stephano Fagundes concinnatum, cui titulus *Liberat, &c.* in quo prædictus Author tam graui- bus rationibus, tam solidis fundamentis, iuris, & Theologiae, notas sua opinionis de esu ouorum, & lactiniorum à nonnullis iniuste impositas, ea modestia iuste prouocat us confutat, vt nihil amplius, vel addi, vel desiderari possit ea in re. Imò si contrarij ve- lint sapere, cõtescent, quare iudico nullum Doctorem, qui veritatem velit scire, pos- se de hac doctrina in hoc tractatu contenta dubitare, nisi velit contra veritatem recal- citrare; quamobrem libera omnino omni censura hæc doctrina est, imò certa, & solida; & dignus est huiusmodi tractatus, & alter, cui etiam iam subscripsi, vt non solum ab omnibus viris doctis laudetur, & in oculis feratur, sed etiam, vt typis in obsequium ve- ritatis mandetur. Conimbricæ in Collegio Societatis Iesu,

Sub C. *Doctõr Michael Tinoco.* Sacræ Theologiæ Primarius Magister.

Legi attentè tractatum incipientem *Liberat, &c.* doctissimi Patris Stephani Fagun- des, in quo mira claritate, & solidis fundamentis ostendit suam opinionem circa ouorum, & lactiniorum in tempore Quadragesimæ, neque temerariam, neque scan- dalosam, neque malè sonantem, aut cohærentem esse; quod ego etiam ita sentio: imò iudico esse verissimam, & meritisimo oppositæ sententiæ præferendam, & iniurios, atque iniustos esse illos, qui censura aliqua eam velint perstringere, ne dicam veritatis ofores, vt iam in alio tractatu, cui subscripsi, ostensum est clarissime ab eodem sapientissimo Authore. Conimbricæ in Collegio Societatis.

Sub C. *D. Ayres Ferreira.* Vesperarius Theologiæ Magister.

Accuratè legi tractatum hunc sapientissimi Patris Stephani Fagundes Societatis IESV, qui incipit *Liberat, &c.* de esu ouorum, & lactiniorum, in tempore Qua- dragesimæ; censeo quæ huius doctissimi Patris hac in re opinionem, & doctrinam, non probabilissimam modo, vt potè firmissimis, ac sapientissimis rationibus fultam, & om- ni liberam censuram, sed amplectendam omnino, præsertim in Regnis vtriusque Castel- læ, vbi tanta est piscium penuria, vt vtriusque iuris sanctionibus, & vtriusque scholæ Theologiæ maximè consonam, proinde quæ dignissimam, quæ typis mandetur. Con- nimbricæ in Collegio Societatis IESV.

Sub C. *D. Antonius de Castello Branco.* Professor sacre Theologiæ emeritus.

Legi, vidi, & attentè consideravi integrum tractatum doctissimi Patris Stephani Fa- gundes, cui titulus, *Liberat, &c.* Vidi quæ censuras, quas illius sententiæ circa esum ouorum, & lactiniorum aliqui inurunt, quas vehementer (vt quid sentio fatear) ad- miror, non possunt non mirari omnes viri docti huius temporis propter sapientissi- mi huius Authoris fundamenta. & maximè ob communè vsum, & praxim huius Reg- ni, quam allegat. Quamobrem illius opinionem verissimam arbitror, dignam huius Reg- ni, quæ ab omnibus viris doctis obseruetur, sed etiam quæ typis mandetur, vt patef- cat orbi veritatis vis. Conimbricæ in Collegio Societatis IESV.

Sub censura *Doctõr Antonius Gondicaluus.*

Accuratè perlegi opusculum doctè concinnatum à sapientissimo; necnon reli- giosissimo Patre Stephano Fagundes; cui titulus est *Liberat, &c.* & cum egre- gia Doctõris laus sit perspicuitas, mira ea, ac pellucida in hoc opere apparet. Nihil in eo offendi, quod pias offendat aures, quæ ædificent multa. Nihil temerarium, aut cum Christianis moribus parum cohærens; à sanctissimis fidei decretis nihil dissonum. Itaque non solum ab omni censura liberam censeo, sed dignam laurea. Vnde opinio huius sapientissimi Authoris non tantum fit mihi probabilior, sed penè certa, vt potè tot; tantisque insignium Doctõrum vtriusque celeberrimæ Academiæ huius

**E**st probabilissima opinio sapientissimi Patris Stephani Fagundes afferens de iure communi non esse prohibitum sub mortali in Quadragesimali ieiunio vesci ouis, & lacticiis: est que etiam hæc opinio hodie inter Doctores recentiores communior. Nititur enim probabilissima, imò præne certa explicatione textus capituli *Dei* dist. 4. & rationibus optimis, & solidissimis, neque loquitur de consuetudine contraria in aliquibus Prouincijs legitimè introducta: ac proinde sententia, quam sapientissimus hic Author tradit in suo tomo in quinque præcepta sanctæ matris Ecclesiæ lib. 1. quarti præcepti, c. 2. nu. 12. & in hoc tractatu defendit nullo modo censura aliqua, nisi iniuriosissima damnari potest. Eboræ in Collegio Societatis IESV. Sub C.

*D. Stephanus de Couto*, Professor emeritus primæ Cathedræ Theologiæ,  
& Academiæ Eboensis nunc Cancellarius.

**O**pinio sapientissimi Patris Stephani Fagundes de esu ouorum, & lacticiorum, quæ asserit de iure communi, & seclusa consuetudine alicuius Regni, aut Prouinciæ hæc edere in Quadragesima, esse tantum peccatum veniale, non solum in practica est tuta, & probabilis, sed etiam multo probabilior, quàm opposita, quæ docet id esse peccatum mortale, quod ipse ex principijs iuris optimè, & copiosè ostendit in duobus tractatibus, quos ego iam approbavi, & iterum hunc approbo, & illam, ex ipsdem fundamentis, quibus illam sapientissimus hic author confirmat, veram iudico, tutam in praxi, & omni censura (si iusta sit) immunem, quam proinde in hoc Regno Lusitanæ omnes iuris Canonici interpretes sequuntur. Sub C.

*D. Sebastianus de Couto*, Primarius Theologiæ professor in Academia  
Eboensi emeritus.

**D**octrinam huius Tractatus sapientissimi Patris Stephani Fagundes de ouorum, & lacticiorum esu tempore Quadragesimæ, verissimam iudico, & semper iudicavi, & iam sæpe in alijs tractatibus huius sapientissimi viri approbavi, ex ipsdem iuris principijs, auctoritatibus, & rationibus, quibus ille nititur, & solum illi, vt puto, eam in iustissimis censuris afficient, qui veritatem nolunt intelligere. Eamque ego ipse tam in Academia Eboensi, quàm Olysiptonenfi quondam docui, & modo illi firmius adhæreo, propter solida fundamenta huius Aauthoris, & iudicium vtriusque Academiæ huius Regni Lusitanæ. Sub C.

*D. Baptista Fregefosus*, Primæ Cathedræ Theologiæ moralis emeritus professor.

**O**pinio hic à sapientissimo Patre Stephano Fagundes explicata, & solidissimis rationibus confirmata semper mihi visa fuit non solum ab omni immunis censura, sed etiam oppositâ valde probabilior, quapropter non video cur timendum sit, quod vel bonis moribus, vel prouentibus Cruciatæ obesse possit, & quanuis his prouentibus modo aliquo obesset, quod non video, vt egregie sapientissimus hic author probat, deberet veritas præualere apud viros doctos, qui rem literariam sciunt expendere, quapropter libenter subscribo. Eboræ in Collegio Societatis IESV.

Sub C. *D. Ludouicus Rodericus*, Vesperarius Theologiæ Magister  
in Eboensi Academia

**O**pinio doctissimi Patris Stephani Fagundes, est tot, tantorumque Doctorum, & Prælatorum auctoritate fulcita, tam solidis rationibus, & fundamentis stabilita, vt res dura videatur, ne dicam audacia, vel temeritas, eam iniuriôsæ censuræ temeritatis, scandali, aut malè sonantiæ notis velle afficere, quapropter illi libenter subscribo, vt iam subscripsi. Eboræ in Collegio Societatis IESV.

Sub C. *D. Petrus de Moura*, Secundus Vesperarius Theologiæ Magister.

**V**idi totum hunc tractatum à sapientissimo, & religiosissimo Patre Stephano Fagundes concinnatum, cui titulus *Liberat, &c.* in quo prædictus Author tam graui-  
bus rationibus, tam solidis fundamentis, iuris, & Theologiæ, notas sua opinioni de esu  
ouorum, & lacticiniorum à nonnullis iniuste impositas, ea modellia iuste prouocatus  
confutat, vt nihil amplius, vel addi, vel desiderari possit ea in re. Imò si contrarij ve-  
lint sapere, cõticefcent, quare iudico nullum Doctorem, qui veritatem velit scire, pos-  
se de hac doctrina in hoc tractatu contenta dubitare, nisi velit contra veritatem recal-  
citrare; quamobrem libera omnino omni censura hæc doctrina est, imò certa, & solida,  
& dignus est huiusmodi tractatus, & alter, cui etiam iam subscripsi, vt non solum ab  
omnibus viris doctis laudetur, & in oculis feratur, sed etiam, vt typis in obsequium ve-  
ritatis mandetur. Conimbricæ in Collegio Societatis Iesu,

Sub C. *Doctor Michael Tinoco.* Sacræ Theologiæ Primarius Magister.

**L**Egi attentè tractatum incipientem *Liberat, &c.* doctissimi Patris Stephani Fagun-  
des, in quo mira claritate, & solidis fundamentis ostendit suam opinionem circa  
ouorum, & lacticiniorum in tempore Quadragesimæ, neque temerariam, neque scan-  
dalosam, neque malè sonantem, aut cohærentem esse; quod ego etiam ita sentio: imò  
iudico esse verissimam, & meritissimo oppositæ sententiæ præferendam, & iniurios,  
atque iniustos esse illos, qui censura aliqua eam velint perstringere, ne dicam veritatis  
ofores, vt iam in alio tractatu, cui subscripsi, ostensum est clarissimè ab eodem sapien-  
tissimo Authore. Conimbricæ in Collegio Societatis.

Sub C. *D. Ayres Ferreira.* Vesperarius Theologiæ Magister.

**A**ccuratè legi tractatum hunc sapientissimi Patris Stephani Fagundes Societatis  
IES V, qui incipit *Liberat, &c.* de esu ouorum, & lacticiniorum, in tempore Qua-  
dragesimæ; censeoque huius doctissimi Patris hac in re opinionem, & doctrinam, non  
probabilissimum modo, vt potè firmis, ac sapientissimis rationibus fultam, & om-  
ni liberam censuram, sed amplectendam omnino, præsertim in Regnis vtriusque Castel-  
læ, vbi tanta est piscium penuria, vt vtriusque iuris sanctionibus, & vtriusque scholæ  
Theologiæ maximè consonam, proindequè dignissimam, quæ typis mandetur. Co-  
nimbricæ in Collegio Societatis IES V.

Sub C. *D. Antonius de Castilobranco.* Professor sacræ Theologiæ emeritus.

**L**Egi, vidi, & attentè consideravi integrum tractatum doctissimi Patris Stephani Fa-  
gundes, cui titulus, *Liberat, &c.* Vidi quæ censuras, quas illius sententiæ circa esum  
ouorum, & lacticiniorum aliqui inurunt, quas vehementer (vt quid sentio fatear) ad-  
miror, non possunt non mirari omnes viri docti huius temporis propter sapientissi-  
mi huius Authoris fundamenta, & maximè ob communè vsum, & praxim huius Reg-  
ni, quam allegat. Quamobrem illius opinionem verissimam arbitror, dignam non tan-  
tum, quæ ab omnibus viris doctis obseruetur, sed etiam quæ typis mandetur, vt patef-  
cat orbi veritatis vis. Conimbricæ in Collegio Societatis IES V.

Sub censura *Doctor Antonius Gondicaluus.*

**A**ccuratè perlegi opusculum doctè concinnatum à sapientissimo; necnon reli-  
giosissimo Patre Stephano Fagundes, cui titulus est *Liberat, &c.* & cum egre-  
gia Doctoris laus sit perspicuitas, mira ea, ac pellucida in hoc opere apparet. Nil  
in eo offendi, quod piis offendat aures, quæ ædificent multa. Nihil temerarium, aut  
cum Christianis moribus parùm cohærens, à sanctissimis fidei decretis nihil disson-  
num. Itaque non solum ab omni censura liberam censeo, sed dignam laurea. Vnde  
opinio huius sapientissimi Authoris non tantum fit mihi probabilior, sed penè certa,  
vt potè tot, tantisque insignium Doctorum vtriusque celeberrimæ Academiæ huius

Regni fulta testimonijs, & firmissimis stabilita rationibus. Conimbricæ in Collegio Societatis I E S V.

Sub C. D. *Andreas Ludovicus.*

**D**OCTRINAM doctissimi Patris Stephani Fagundes circa esum ouorum & lactiniorum, in ieiunijs Quadragesimæ nulla censura dignam censeo: immo iudico esse certam, & verissimam, & non posse condemnari, nisi ab ijs, de quibus loquitur Turrianus secunda secunda quæst. 5. art. 2. disput. 55. dub. 3. §. Rursus, in hæc verba. In quo non pauci, neque indocti Theologi errare solent, qui non consideratis fundamentis alicuius sententiæ eam damnant, vt temerariam, quod ad censuras proclues sunt.

Tria enim docet sapientissimas Fagundes primum est, quantum est ex vi iuris communis præscindendo ab omni consuetudine non esse peccatum mortale vesci ouis, & lactinijs in Quadragesima, ita habet in quarto præcepto Ecclesiæ lib. 1. cap. 2. num. 10. & 11. & optime ostendit in hoc tractatu. Secundum est, esse peccatum mortale vesci ouis, & lactinijs in Quadragesima in ijs regionibus, vbi legitime introducta est consuetudo illa non edendi, ita habet dicto cap. 2. num. 14. & eunde ter demonstrat in hoc tractatu. Tertium est, nullum esse peccatum, neque mortale, neque veniale edere oua, & lactinia in Quadragesima in ijs regionibus, vbi legitime introducta est consuetudo edendi illa, ita expressè docet dicto cap. 2. numero 11. & manifestè probat in hoc tractatu.

Tres autem assertiones posita verissimæ sunt, & quod attinet ad secundam, & tertiam nullus Theologus, nec iuris peritus, de illis vnquam dubitauit, neque dubitare poterit, nisi qui vim consuetudinis legitime introductæ non agnouerit. Primam autem assertionem, & illius veritatem non negabit, nisi qui Glossas ad caput *Denique*, dist. 4. & Palatium, & Ferdinand. Peres viros grauissimos, & literatissimos, quos fideliter Pat. Fagundes allegat, quia vidit, legit, & sæpius euoluit, adhuc non agnouit, nec audiuit, quibus profecto concinit illud Turriani citati, dicta disputat. 55. dubio 3. §. *Secus tamen.* In quo, inquit ille, non raro deficiunt aliqui viri docti iudicantes aliquam opinionem singularem esse, qui abstinuissent à censura, si Authores sedulo lectitassent, & iterum, neque iudicemus esse singulares ante exactam lectionem Doctorum, quorum scripta sedulo si euoluamus sæpe inuenimus opinionem, neque esse nouam, nec singularem, &c.

Et certe qui doctrinam sapientissimi Fagundes in dicta prima assertionem nouam, & singularem appellant, ingenue fatentur se Doctores, quos ipse pro se allegat sedulo non lectitasse, imò adhuc non agnouisse Glossas caput *Denique*, & multo minus vim latinæ in verbo, *Par*, in quo est tota vis præceptiua abstinendi ab ouis, & lactinijs in ieiunijs Quadragesimæ, vt patet ex dicto caput. *Denique*, quapropter à censura abstinere deberent, ni velint ipsi censurari. Et quamvis pro hac parte noster Auditor nullum citaret Doctorem præter Glossas dicti capitis *Denique*, sufficiens auctoritatis fundamentum haberet hæc assertio; Glossarum enim auctoritas, inquit Emmanuel Barbof. ad Ordin. Lusitan. lib. 3. titulo 64. ad §. 1. maxima est, imò omnes alias antecedit.

Et non possum non mirari vehementer homines, qui adhuc sua scripta typis non mandarunt, quomodo audeant damnare doctrinam in tota Lusitania, imò in toto penè orbe receptissimam, & à tot, tam quæ doctissimis viris, & Magistris, quales Fagundes in hoc tractatu allegat, approbatam, & firmatam, quorum aliqui iam sua scripta typis mandarunt, & omnes alij sunt publici literarum professores? habent ne plus auctoritatis isti censores libri sapientissimi Fagundes ad damnandum, qui forsan Cathedras non ascenderunt, quam hi, qui in Lusitaniz Cathedris publicis vrsantur, & versati sunt, magna cum laude, ad approbandum, & confirmandum: id certè non iudicat communis consensus totius penè orbis, in quo hæc doctrina hucusque, impugnata non est, sed potius maximè probata, & recepta.

Et addo apud me tantam esse auctoritatem doctissimi Fagundes, vt quamvis illius doctrina circa esum ouorum, & lactiniorum quantum est ex vi iuris communis nul-



los alios haberet assertores, tutè defendi posset, vt valde probabilis, iuxta ea, quæ com-  
muniter docent Doctores in materia de Conscientia cum Diuo Thoma quodlibet. 3.  
art. 10. Angel. verbo, *opinio*, num. 2. & ibi Syluest. quæst. 1. Nauar. in summa cap. 27. nu-  
mero 188. Sanchez 1. tomo in Decalog. cap. 9. num. 7. Sà verbo dubium, num. 3. Gil  
tract. 7. cap. 11. num. 4. & alij, quos prædicti allegant. Videatur etiam Turrian. citata  
disp. 5. dub. 3. §. *mibi placet*. Quamobrem illius doctrinam omninò vt verissimam, &  
certissimam, approbandam, & firmandam iudico. Conimbricæ in Collegio Societa-  
tis IESV, 11. Decemb. anno 1629. Sub censura.

## Antonius Barradas Vesperarius Magister sacræ Theologiæ.

Plura alia testimonia sapientissimorum Doctorum, quæ habeo,  
omitto, ne fastidio, & nausæ sim lectoribus.

**F**IDEM facio ego Emmanuel de Rocha Paes publicus No-  
tarius approbatus auctoritate Apostolica in hac vrbe Co-  
nimbricensi huius Regni Lusitanæ, me fecisse fideliter trās-  
cribere hunc præsentem tractatum sapientissimi Patris Stephani  
Fagundes Societatis IESV, de esu ouorum, cum omnibus appro-  
bationibus illustrissimorum Prælatorum, Doctorum, & Magis-  
trorum sacræ Theologiæ in illo contentis, & insertis, vtriusque  
Academiæ Conimbricensis, & Eborensis, & cum omnibus etiam  
approbationibus Doctorum vtriusque iuris, huius almæ Acade-  
miæ Conimbricensis, ex proprio originario ab omnibus subscrip-  
to, quem vidi, & quorum subscriptiones recognoui, & aliæ iam  
erāt etiam recognitæ, cum quo originario, ego, & alter Notarius,  
qui hic mecum subscripsit, benè, & fideliter hunc transumptum,  
& præsentem contulimus, ad quem me remitto. In cuius rei fidè  
rogatus, & requisitus publica subscriptione subscripsi. Conim-  
bricæ, prima die Septembris, anni 1629.

Collatus per me Notarium Apostolicum Emmanuel de Rocha Paes,

Et per me Notarium Apostolicum.

Franciscus Ferdinandus ab Almeida,

REFE

REFERVNTVR, APPROBATIO-  
nes insignium Doctorum, & Magistrorum Iuris-  
canonici, & Ciuiliſalmæ Academiæ Salmã-  
ticiſis, qui hac de re fuere conſulti  
hoc anno 1630. menſe  
Ianuario.

**N**ON potuimus ordine dignitatis, & antiquitatis has Salmanticiſes ſubſ-  
criptiones ponere, vt enim ex tempore veniebant, ſic prælo dabantur. Hoc  
animaduertendum eſſe putauimus, ne aliquis nos in vrbaniſatis, aut in ad-  
uertentiæ incuſet, deſideramus enim gratos & vrbanos eſſe, & videri.

**C**REDO equidem hanc opinionem eruditiffimi Patris Stephani Fagundes  
prout hic iacet, & in ſuis ſcriptis proponitur non eſſe improbabilem, nec cẽ-  
ſura dignam, quamvis contrariam prorfus putem veriorem.

*Doct̃or Ioannes de Valboa Mogrobojo.* Sacrorum Canonum Primarius Sal-  
manticenſis profeſſor.

**O**pinio doct̃iſſimi P. Stephani Fagũdes Luſitani e Societatis I E S V, tradita in quin-  
que præcepta lib. 1. de ieiuinio cap. 2. à num. 10 vſque ad 15. in iſta Apologia pro-  
pugnata, quòd in terminis Eccleſiaſtici præcepti de ieiuinio, ſecluſa conſuetudine, ve-  
nitiale tantum peccatum ſit oua, aut lacticiſia manducare in diebus Quadrageſimali-  
bus. non eſt noua, non eſt temeraria, nõ eſt ſcandalofa, non eſt parũ aurum offenſua,  
nec parum cohærens. aut digna cẽſura: rot doct̃iſſimorum virorum ſententiæ, & ra-  
tiones, eam probabilem faciunt, quamvis contraria opinio, quòd peccatum mortale  
committatur in eſu ouorum, aut lacticiſiorum in prædictis diebus ſicut communior,  
ita mihi probabilior. Subſcripſi ſub correptione Salmanticiæ 14. Ianuarij 1630.

*Doct̃or Martinus de Bonilla.* Decreti Cathedræ Salmanticiſis antecẽſſor.

**O**pinionem in hac Apologia, cuius inſcriptio *Liberat. &c.* relata ſulcitam, & vin-  
dicatam per Reuer. Pat. Stephanum Fagundes ab ſcandali nota, & temeritatis vi-  
tio immunitatem reor: Nam eſt contraria ſententiæ crebriori Canonistarum, & Theolo-  
gorum calculo recepta ſit, tamen hæc, quæ aſſerit attento duntaxat iure communi non  
eſſe mortale ouis, & lacticiſijs veſci in ieiuinijs Quadrageſimæ, probabilis & defenſa-  
bilis mihi videtur: Cũ quia aſſertores habet alios Doct̃ores ſcribentes laudatos in  
hoc opusculo, quibus addẽdus eſt Martinus Bonacina Mediolanenſis recẽs, ac diligens  
Magiſter, & de morali Theologia optimẽ meritis in ſua ſumma de caſibus cõſcientiæ,  
tomo 2. diſp. vlt. de præceptis Eccleſiæ, quæ ſt. 1. puncto 2. num. 2. pag 318. Tũ quia  
non repugnat ali. ui. expreſſæ, præceptiæ, & authenticæ (quam ſciam) iuris deciſio-  
ni; nam illa, quæ collocatur à Gratiano in 4. diſt. cap. *Denique, verſ. par autem.* Præter-  
quam quòd non inueniatur in operibus D. Gregorij, vt teſtantur Couar. lib. 2. var. cap.  
20. n. 15. Vivaldus, in ſupplemento Candelabri c. 11. n. 18. continet potius exhortatiua  
quàm præceptiua verba. Et alia deciſio quæ adduci ſolet ex ſexta Synodo canone  
56. fidei & canonicæ auctoritatis defectu laborat. Quippe vera ſexta Synodus actio-  
nes fecit 18. vel, vt alij volunt. 19. Canones autem nullos edidit, vt patet ex Concilio  
Niceno Secundo, quòd fuit VII. Synodus generalis actio 4. & 5. ſed poſt illam ſextã  
Synodum iam diſſolutam nonnulli Epit̃copi Orientales conuenerunt Conſtantino-  
poli, & in palatio Imperatoris Juſtiniani Secundi, quòd Trullum dicebatur centum  
duos

duos addiderunt canones, eosque sub nomine sextæ Synodi edi fecerunt, qui propterea Trullani appellantur, quique nec sunt canonici, nec ab aliquo Pontifice approbati, ita notant, & prosequuntur Beda lib. 6. de sex ætatibus in Iustiniano. Paulus Diaconus lib. 8. de rebus Romanis cap. 9. Anastasius Theophan. & Vmbertus, quos refert Simancas de Catholicis institutis, titulo 40. num. 38. Sotus in 4. dist. 38. quæst. 1. art. 2. columna 4. vers. Quo circa, & lib. 7. de iust. 6. art. 2. versiculo Hæc ergo. Valætia 4. p. disp. 9. quæst. 5. puncto 5. §. 2. versiculo Respondeo canones illos, & disp. 10. q. 5. puncto 3. in impedimento dispars cultus, §. Cum in fideli autem. Bellarmi. 1. to. lib. 1. de Clericis, cap. 2. 1. versiculo ad tertium. Doctor Didacus Vera Salmanticensis Decreti antecessor in relectione cap. sextâ sanctâ de consecrat. dist. 3. typis mandata an. 1565. assertione 2. cum sequentibus. Azor inst. moral. 2. p. lib. 5. c. 16. versiculo sextû Concilium. Ægidius Cominc de sacramentis disp. 20. de Sacramento Ordinis, dub. 9. num. 89. Posselinus in apparatu sacro, verbo Constantinopolitanæ sextæ, fol. 553. D. Dominicus Rodericus à Cunha in commentario ad caput sexta Synodus 9. dist. 16. num. 1. Qui omnes adeundi sunt, pro exclusione dicti canonis 56. præter congestos à doctissimo Fagundes in hac informatione cap. 7. sic censeo salva correctione, &c. Salmanticæ nonis Ianuarijs anno 1630.

*Doctor Martinus Lopez de Ontiveros.*

Apud Salmanticenses Vesperorum Sexti moderator.

**P**ropositionem expositam à reuerendo admodum Patre, pariterque doctissimo Stephano Fagundes Societatis Iesu, in sua Apologia circa esum ouorum, & lacticioiorum valde probabilem censeo, & iuri consonam iudicabit, qui vim consuetudinis legitime introductam agnouerit, eamque ab omni censura liberam existimo salvo in omnibus, &c. Salmanticæ 16. Ianuarij 1630.

*Doctor Paulus de Maqueda Valderrama.*

Iuris ciuilibus Primarius, & Collegij Decanus.

**S**ententiam, doctrinam, & opinionem doctissimi Patris Stephani Fagundes Societatis IESV, de ouorum, & lacticioiorum esu tempore Quadragesimæ, de qua in suis doctissimis commentarijs in quinque præcepta sanctæ matris Ecclesiæ lib. 1. 4. præcepti de ieiunio cap. 2. num. 6. probabilem esse existimo, & plurimorum Doctorum fulcitam fundamentis, & scripturis, quare minus legitimam censuram existimantium temeritatis notam incurere arbitror, imò solidissimis rationibus corroboratam defensionis dignam. Salmanticæ 12. mensis Ianuarij anno 1630.

*Doctor D. Gregorius à Portillo.*

Vesperarius Iuris ciuilibus antecessor apud Salmanticenses iurisprudentiæ Partes.

**H**anc sapientissimi Patris Stephani Fagundes opinionem de esu ouorum, & lacticioiorum in ieiunijs Quadragesimæ à me perlectam, probabile esse censeo, omnique erroris suspitione aduersus Catholicam fidem admissi, temeritatisque notâ carcerem sub correctione sanctæ matris Ecclesiæ Romanæ. Datum Salmanticæ in hoc maiori Iacobi Zebedæi Collegio, die 24. mensis Ianuarij anno 1630.

*Licentiaus Bernardus de Cervera è Lasarte.*

Legalis disciplinæ Vespertinæ Cathedræ moderator.

**D**isputationem doctissimi Patris Stephani Fagundes serio perlegi, qua sententiam suam iam antea in publicum emissam scilicet, *ouorum esum, & lacticioiorum in Quadragesima ieiunijs ex sola sacrorum canonum dispositione tantummodo inducere culpam venialem.* Nervose defendit, cuius rationes, & fundamenta tot grauisimorum virorum, auctoritate firmata, probabilem hanc partem ostendunt, liberamque ab omni censura nota idque ego post rem diligenter perpensam sentio, & iudico. Submitimus tamen

pro more non solum Catholicæ Ecclesiæ examini, sed etiam cuiuslibet docti homini, qui meliora proponat. Salmanticæ in almo veteri sancti Bartholomæi Collegio, die 15. mensis Ianuarij anno 1630.

*Licentiatuſ D. Franciscus Sarania.*

Sacrorum Canonum Vespertinus antecessor.

**T**RES enunciationes tradit doctissimus pariter, & religiosissimus P. Stephanus Fagundes, in suo eruditissimo tractatu de quinque Ecclesiæ præceptis lib. 1. quarti præcepti cap. 2. num. 10. & sequentibus; duas quidem nemini dubias, alteram hoc ævo inter Doctores non infimi subsellij magnis contentionibus vexatam. Quæ ita se habet: *Inſpecto ſolo iure communi pontificio, ſecluſa quæcuq; conſuetudine non eſt peccatum leuiale, ſed veniale veſci onis, & lacticius in Quadrageſima.* Hanc assertionem cum eo loci inueniſſem, probabilem cenſui biennio elapſo, cum primum liber hic ex Gallia ad hæc Academiam tranſuectus eſt. Nunc vero, quæ idem eruditissimus Pater huius ſententię aſſerendæ, & à quorundam calumnijs vindicandæ cauſa profert in peculiari tractatu hac de re edito, adeo me trahunt, vt libere ſentiam, traditionem hanc non ſolum iuri noſtro Pontificio non refragari, ſed maturius potius penſitatis Gregorij verbis, quæ extant in capite *Denique*, verſiculo *Par autem eſt*, diſt. 4. ſuffragari, eidemq; accedere, quam etiam ſententiam non paucis noſtris Pontificijs interpretibus placuiſſe ſcio. Quæ item aſſertio eo magis indubia fiet ei, qui contenderit cum Couar. lib. 4. variarum cap. 20. à n. 15. textum in diſto cap. *Denique*, apud Gregorium non reperiri, quo admiſſo crederem vtique contrariam ſententiam nulla iuris ratione ſubmitti, cum ſola ſit quæ ex diſto cap. *Denique*, deducitur ab eius ſententiæ authoribus. Sed alihuc nihil detrahentes de fide Gregorij in diſto capite *Denique*, interpretationem, quam eius loci verbis doctiſſimus vir aſſert, non ſolum probabilem, ſed etiam mirificè conuenire iudico, vt proinde fiat immerito, ſententiam hanc vt nouam, ſcandalofam, temerariam, ac cenſura dignam inuri. Subſcribo igitur libens, & in eandem ſententiam manibus eo, dum propria manu tantorum Patrum iudicium probare confirmo. Sic cenſeo. Salmanticæ ex Muſæo noſtro 8. die Ianuarij anno reparatæ ſalutis 1630.

*Doct̃or Ferdinandus Arias de Meſa.*

Pro primarijs iuris Pontificij Salmantinus antecessor.

**H**ÆC aſſertio ſapientif. P. Stephani Fagundes, *Veſci quippe onis, & lacticius in Quadrageſima, ſi res ex ſolo communi iure aſſimerur, ſecluſa conſuetudine contraria, leuiale nõ eſſe peccatum*, & grauiffimorum virorum iudicio, & magnis rationum momentis ſtare mihi videtur. Id circo valde eam probabilem cenſeo, nec dignam, vt conuictijs, quæ ſupra referuntur laceſſeretur ab aduerſarijs, imò magni haberetur ob tanti viri iudicium, tantæque authoritatis incrementum. Ita iudico in hoc maiori Collegio Diuo Saluatoris ſacro vulgo de Ouiedo, die 10. mensis Ianuarij 1630.

*Licentiatuſ D. Martinus de Larriategui.*

Iuſtinianici Codicis Cathedræ antiquior moderator.

**S**ententiam doctiſſimi, & grauiffimi Patris Stephani Fagundes Societatis Ieſu, ſupra *Veſci onis, & lacticius in Quadrageſima non eſſe peccatum mortale aſſertam iuris communis Pontificij diſpoſitione, & ſecluſa quacunque conſuetudine, ſed tantum peccatum veniale*, probabiliffimam cenſeo, quippe quæ non ſolum authoritate, ſed etiam validiffimis rationibus fulcitur, & apertiffimis argumentis ab impugnationibus vindicatur. Quare nec nouã, nec temerariam, nec cenſura dignam iudico, nullum enim meo iudicio ſcandalum continet. Ita iudico in hoc maiori Collegio Diuo Saluatori dicato vulgo de Ouiedo, die 11. Ianuarij anni 1630.

*Licentiatuſ D. Franciſcus de Robles Villafañe.*

Maioris Inſtitutionum Cathedræ antecessor.

Do-

Doctissimi Patris Stephani Fagundes sententiam circa esum ouorum, & lactici-  
 norum vidi, perlegi, & cum debita consuetudine ponderavi, eamque valde probabi-  
 lem iudico, grauisimisque fundamentis stabilitam, & circum vallatam, durumque  
 reputo, eam notis temeritatis, scandali, & malefoniae afficere. Sub censura, &c. Sal-  
 manticae, die 15. mensis Ianuarij anno Domini 1630.

*Doctor Franciscus Sancius Randoli.*

Clementinarum Cathedralae moderator, & sanctae Inquisitionis Famulatus potentis.

Quae circa ouorum, & lacticiniorum esum in Quadragesimae ieiunijs, claris, & reue-  
 rend. P. Stephanus Fagundes scripsit primum tractatu in quinque praecipua san-  
 ctae matris Ecclesiae lib. 1. quarti praecipui de ieiunio cap. 2. & num. 10. de in asseruit, &  
 firmavit plenius Apologetico synagmate, legi auidè, calideque. Scriptorem reperi fe-  
 licem, & facilem in dicendo; sublimem, & subtilem in differendo, nec minoris in utroque  
 doctrinae, quam modeste; cuius rei dedit specimen, dum aliorum censurae placide, &  
 amice respondet. Amabunt (scio) omnes, qui musas, & modestiam amant. Itaque (se-  
 riò testor) dolui non semel erroris, temeritatis, & scandali damnari doctissimi, & diser-  
 tissimi viri sententiam, quae docet iure inspecto, non more, folius venialis culpa reos  
 esse ouis, & lacticijs in Quadragesimae ieiunio vescentes. Nec ignota, aut ignorata  
 mihi ouorum, & lacticinorum cum carne quasi cognatio, quorum primum, *liquidus car-  
 nes*, alterum id est, *lac sanguinem*, vocabant Aegyptij Sacerdotes teste Hieronymo lib. 2.  
 ad Iouenianum. Nulla tamen quam sciam iuris, aut antiquioris interpretis autoritas  
 firma, vel certa, quae mortale reatum in lacticijs ponat, & in *felicitibus* (vt ille ioca-  
 tur) *ouis*. Quare in quaestione haecenus discussa potius quam decisâ opinionem hanc  
 acerbiori censura indignam esse censeo, nec illam, vt cum Vlpiano hoc dicam, *vt potè  
 probabilem* ea censura noto. Ex animi sententiâ scripsi, & subscripsi. Salmanticae idibus  
 Ianuarijs anno 1630.

*Doctor Franciscus Ramus del Manzano.*

Voluminis, vt vocant, Cathedralae antecessor.

Opusculum quoddam reuerendi admodum, & doctissimi Patris Stephani Fagundes,  
 Societatis IESV, Presbyteri pro defensione opinionis de ouis, & lacticijs Qua-  
 dragesimali tempore edendis, quam ipse in tractatu iam pridem à se composito omnis  
 eruditionis, & illustrium disciplinarum cognitione, vnde quaque refero, cui argumen-  
 tum sanctae matris Ecclesiae praecipua quinque dederunt, amplexus est, editum nuper,  
 oblatum mihi, & ad calcem plurium magni nominis tam sacrae Theologiae, quam iuris  
 vtriusque in Lusitania celeberrimorum subscriptionibus, & autoritate com-  
 probatum, intentus animo vidi, & quâ potui diligentia perlegi. Opus certe foliorum  
 volumine paruum, sed rerum serie, & rationum pondere magnum. Vtraque ibidem  
 cum orationis puritate, & dicendi facundia Fagundes sic feliciter coniunxit, vt mira-  
 di omnibus, stupendique refractarijs necessitatem iniecerit, atque supra asseritam à se ita  
 sententiam tuetur, vt ab impugnantium vellicationibus eandem omninò liberauerit  
 & quod in inscriptione opusculi fuerat pollicitus (quae ita concepta est liberat Pater,  
 Stephanus, &c.) denique assecutus gloriosissime praestitisse videatur. Opinionem autè  
 eius iure communi attento probabilem valde, nec temeritatis iniuri notâ semper ex illi  
 mai; quo circa posse non sine ratione defendi censeo, praesertim, cum neque aperto  
 (quod viderim) iuris responso refragetur, & iam tot clarissimorum virorum compro-  
 batione fulciatur, sub quorum censura, &c. Salmanticae è Museo nostro 15. Ianuarij,  
 anno Domini 1630.

*Petrus de Villalobos.*

In Salmanticensi Academia Iuris ciuilibus Doctor, & Codicis Iustiniani antecessor.

Sapient-

Sapientissimi, & religiosissimi Patris Stephani Fagundes sententiam in hoc tractatu, cuius titulus est *Liberas, &c.* comprehensam, immunem censura, & correctione existimo propter doctissima fundamenta, quibus fulcitur pro indeque dignissimam, ut typis mandetur. Salmanticæ in hoc maiori Diu. Bartholomæi Collegio 17. Ianuarij 1630.

*Licentiatu Don Thomas de Arredondo.*

Sacrorum Canonum professor, & maioris Decretalium Cathedræ moderator.

Optimionem Reuerend. P. Stephani Fagundes è Societate I E S V, de esu ouorum, & Ieiuniorum in ieiunijs Quadragesimæ probabilem iudico attenda iuris communis dispositione salua, &c. Salmanticæ 17. Kalen. Februa. anno 1630.

*Licentiatu Don Andreas de Billela.*

Salmanticensis Decretalium Cathedræ antecessor.

## CENSURA REGII COLLEGII Salmanticensis Societatis I E S V.

**A**POLOGETICVM tractatū reuerendi admodum, & doctissimi Patris Stephani Fagundes Societatis nostræ Theologi, cuius titulus est *Liberas, &c.* quo hanc propugnat propositionem: *Ex vi iuris communis, & seclusa omni consuetudine alicuius Regni, aut Provincia esse solum culpam venialem una edere, & lasciviam in ieiunijs Quadragesima.* Quam in lib. 1. quarti præcepti Ecclesiæ cap. 2. num. 6. & præcipue à num. 10. vsque ad 15. fol. 747. docuerat, eà qua potuimus attenda animi consideratione vidimus, & perpendimus, & ab omni Theologica censura immunem eam propositionem iudicauimus, & que valde probabilem esse censemus, & manu nostrâ firmamus saluo, &c. In Regali Salmanticensi Societatis nostræ Collegio, die sexto Ianuarij anni Domini 1630.

*Ioannes à Monte-Mayor*, huius Collegij Regalis Rector, & olim Theologiæ professor.

*Ludonicus à Roa*. Olim sacræ Theologiæ in hac Salmanticensi Academia publicus professor, & in Regio Societatis Collegio studiorum Præfectus.

*Alfonso Romero*. Olim Theologiæ professor.

*Philippus Clauer*. Olim Theologiæ professor.

*Puente Hurtado de Mendoza*. In Academia Salmanticensi Primarius sacræ Theologiæ professor, pro Regione Societatis Collegio. Censor apud Vallisoletanos Quæsitores, item & in Regio Generalis Inquisitionis consilio.

*Thomas Ruiz*. Publicus in Salmanticensi Academia pro Regione Societatis Iesu, Theologus professor.

*Ignacius Zuasti*. Olim Theologiæ professor.

*Petrus Pimentel*. Publicus olim in Salmanticensi Academia pro Regione Societatis Iesu, Collegio professor. Nunc autem in eodem Collegio sacræ Scripturæ interpres, supremi Senatus sanctæ Inquisitionis Qualificator.

*Ioannes Martinez*. In Regio Salmanticensi Societatis Iesu, Collegio Theologiæ professor.

*Luperius Agayo*. In eodem Collegio, Scholasticorum Magister.

Testi-

37

# Testimonio de Antonio Ruano de Medrano, Secretario de la Vniuersidad de Salamanca.

**Y**O Antonio Ruano de Medrano, Notario y Familiar del santo Oficio de la Inquisicion, Secretario de la muy insigne Vniuersidad de la ciudad de Salamanca, doy fe, y testimonio verdadero que los Padres luá de Monte-Mayor, Rector del Colegio Real de la Compañia de Iesus desta ciudad, y Pedro Hurtado de Mendoza, Lector de Theologia, y Pedro Pimentel Lector de Theologia, religiosos del dicho Colegio, y Doctor Iuan de Balboa, Doctor en Canones por esta Vniuersidad, y catedratico de prima de Canones della, Canonigo Doctoral en la santa Iglesia Catedral desta Ciudad, que en la primera hoja parece estar firmado, y dado sus pareceres. Y el Doctor Martin de Bonilla, Doctor en Canones, catedratico de propiedad de Decreto en ella, que parece tiene firmado, y dado su parecer en la hoja segunda. Y Doctor Martin Lopez de Hontiueros, Doctor en Canones y catedratico de propiedad de Sexto, que da su parecer y firma en la hoja tercera. Y Doctor Paulo de Maqueda, Doctor en Leyes catedratico de prima de la misma facultad, que tiene dado su parecer en la hoja quarta. Doctor don Gregorio de Portillo, catedratico de Visperas de Leyes, y Doctor en la misma facultad, que tiene dado su parecer en la hoja quinta. Licenciado Bernardo de Cerbera, Colegial en el mayor del Arçobispo de Toledo, catedratico de Visperas de Leyes, que tiene dado su parecer, y firmado en la hoja sexta. Y Licenciado don Francisco de Sarabia, del Colegio mayor de san Bartolome, catedratico de Visperas de Canones, que tiene dado su parecer, firmado en la hoja septima. Doctor Fernando Arias, doctor en Canones por esta Vniuersidad, catedratico de sustitucion de Prima de Canones, que tiene firmado, y dado su parecer en la hoja octaua. Y assi mismo en la misma hoja don Martin de Larreatigui, del Colegio mayor de Ouiedo catedratico de Codigo. Don Francisco de Robles del mismo Colegio de Ouiedo, catedratico de Instituta, que tiene dado su parecer en la hoja nona. Y el Doctor Francisco Sanchez Randoli, Doctor en Canones por esta

uersidad, catedratico de Clementinas, que tiene dado su parecer, firmado en la hoja decima. Y el Doctor Francisco Ramos Doctor en Leyes por esta Vniuersidad, y catedratico de Volumen, que tiene dado su parecer, y firmado en la hoja once, y el Doctor Pedro de Villalobos, Doctor en leyes por esta Vniuersidad, y catedratico de Codigo, que tiene dado su parecer, y firmado en la hoja doze. Y don Andres de Villela, catedratico de de Canones, que tiene dado su parecer, y firmado en la hoja trece, que todas las dichas hojas estan rubricadas de mi rubrica, todos y cada vno dellos tienen los titulos, y grados arriba referidos, y sus firmas las reconozco, y tengo por suyas, por les auer visto escreuir, y firmar muchas vezes. Y para que dello conste de pedimento de la parte del Padre Estevan Fagundez de la dicha Compañia, hize la presente en Salamãca á 16. dias del mes de Enero de mil y seyscientos y treynta años. Y en fe dello lo signe.

En testimonio de verdad.

Antonio Ruano de Medrano.





